



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso


Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



SERENISSIMI AC CELSISSIMI  
PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

**FRIDERICI,**  
DUCIS SAXON. JUL. CLIVIÆ  
AC MONTIUM,  
&c. &c.

Confiliario Intimo,

*Illustri & Excellentissimo*


Domino

**JOHANNI FRIDE-  
RICO BACHOVIO**

AB ECHT,

&c.

Domino Patrono & Affini Suo  
Maximè Venerando,





Benignitatis Incomparabilis  
 Indigno sibi non ita pridem exhibita  
 recordatus,  
 & pro concesso Patrocinio Exoptatissimo  
 gratias decentissimas agens  
 in ulteriorem Sui commendationem  
 Librum Secundum harum  
 INSTITUTIONUM  
 devotè consecrat

**IPSIUS ILLUSTRATISSIMI**  
**EXCELLENTIÆ**

Cultor additissimus

Christianus Thomasius

INSTI.



INSTITUTIONUM  
JURISPRUDENTIÆ  
DIVINÆ  
LIBRI SECUNDI  
CAP. I.

*De Officio hominis erga seipsum.*

§. 1. *l. i. c. 4. d. 76.*

**H**OMO uti machinam  
corpoream, quam vulgo vitæ  
animalis nomine efferunt, cum  
bestiis communem habet, ita utrisque in-  
dita est per modum *instinctus naturalis* à ra-  
tione reverà distincti, *sui conservatio.*

§. 2.

Sed *bestiarum* quidem utpote ratione  
carentium locomotiva nullum alium  
rectorem quam instinctum istum sequi-  
tur.

A a.

§. 30 A 6

## §. 3.

At homo cum rationalis & ita socialis fit, locomotivam suam à regimine instinctus hujus eximere & *Socialitati subordinare* debet.

## §. 4.

Unde Stoici & hos secuti alii Philosophi de Officio hominis disputantes subinde id minus recte secundum diversam considerationem *primorum & secundorum nature* exponunt.

## §. 5.

Nam *prima* quæ vocant *nature*, nihil sunt aliud, quàm instinctus iste machinæ corporæ inditus, qui ad eò ad officium hominis non pertinet, sed quatenus homo eam cum bestiis habet communem, planè est exlex.

## §. 6.

*gf. c. 9. §. 25.* Eò magis autem cultura *sui ipsius* officiis specialibus erga alios est præmittenda, quo minus, qui sibi ipsi est inutilis, aliis inservire aptus est, eoque magis de ea cura homo debet esse sollicitus, quo difficilius negligentia ejusdem aut præconceptæ opiniones emendantur.

## §. 7.

Posses itaque præceptum generale de  
ho-

hominis officio erga se ipsum sic efferre:  
**ITA TE CONSERVARE STUDE,  
 UT VITAM CUM ALIIS TRAN-  
 QVILLAM PROMOVEAS.**

§. 8.

Hinc quæ media se ipsum conservandi  
*necessaria* ad socialitatem promovendam  
*requiruntur*, ea homo adhibere tenetur.

§. 9.

Quæ vero vitam cum aliis tranquillam  
*per se turbant*, iis homo vitam suam conser-  
 vare non potest.

§. 10.

Quæ denique nec necessariò promo-  
 vent, nec necessariò turbant, ea Jure na-  
 turali, nisi Jus divinum aliud ostendat,  
*licet* adhiberi aut omitti poterunt, pro di-  
 versis tamen gradibus licentiæ, prout  
 nempe ista media magis ad promotio-  
 nem aut turbationem vitæ tranquillæ, etsi  
 per accidens, faciant.

§. 11.

Cæterum cum homo ex *anima* & ma-  
 china corporis constet, considerandum  
 nunc peculiariter, quodnam sit ejus offi-  
 cium *respectu utriusque*.

§. 12.

Id summarim hoc Præcepto contine-

## §. 3.

At homo cum rationalis & ita socialis fit, locomotivam suam à regimine instinctus hujus eximere & Socialitati subordinare debet.

## §. 4.

Unde Stoici & hos secuti alii Philosophi de Officio hominis disputantes subinde id minus recte secundum diversam considerationem *primorum & secundorum nature* exponunt.

## §. 5.

Nam *prima* quæ vocant *natura*, nihil sunt aliud, quàm instinctus iste machinæ corporeæ inditus, qui adè ad officium hominis non pertinet, sed quatenus homo eam cum bestiis habet communem, planè est exlex.

## §. 6.

Èò magis autem cultura *sui ipsius* officii specialibus erga alios est præmittenda, quo minus, qui sibi ipsi est inutilis, aliis inservire aptus est, eoque magis de ea cura homo debet esse sollicitus, quo difficilius negligentia ejusdem aut præconceptæ opiniones emendantur.

## §. 7.

Posset itaque præceptum generale de ho-

hominis officio erga se ipsum sic efferre:  
**ITA TE CONSERVARE STUDE,  
 UT VITAM CUM ALIIS TRAN-  
 QVILLAM PROMOVEAS.**

§. 8.

Hinc quæ media se ipsum conservandi  
*necessaria* ad socialitatem promovendam  
*requiruntur*, ea homo adhibere tenetur.

§. 9.

Quæ vero vitam cum aliis tranquillam  
*per se turbant*, iis homo vitam suam conser-  
 vare non potest.

§. 10.

Quæ denique nec necessario promo-  
 vent, nec necessario turbant, ea Jure na-  
 turali, nisi Jus divinum aliud ostendat,  
*licet* adhiberi aut omitti poterunt, pro di-  
 versis tamen gradibus licentiæ; prout  
 nempe ista media magis ad promotio-  
 nem aut turbationem vitæ tranquillæ, et si  
 per accidens, faciant.

§. 11.

Cæterum cum homo ex *anima* & ma-  
 china *corporis* constet, considerandum  
 nunc peculiariter, quodnam sit ejus offi-  
 cium *respectu utriusque*.

§. 12.

Id summatim hoc Præcepto contine-



#### 4 LIB. II. CAP. DE OFFICIO

tur: NOSCE TE IPSUM. Nam qui se non novit, non poterit ritè judicare de mediis ad colendam socialitatem aptis.

§. 13.

h. c. §. 27. Pertinet autem hoc præceptum non ad solam animam, ut Cicero, erroneam sententiam Philosophorum gentilium, ac si sola anima sit essentia hominis secutus, exposuit, sed ad totum hominem.

§. 14.

Quod vero in specie animam attinet, novit homo eam nobilissimam sui esse partem, cum per eam à bestiis differat, unde sequitur, quod illa rectoris, hoc ministri aut instrumenti vicem subire, debeat, & hinc nascitur præceptum speciale: CULTURAM ANIMÆ . . . CULTURÆ COPORIS PRÆFER.

§. 15.

Porro cum & supra ostenderit hominem non speculandi sed & pagendi causa esse conditum, inde aliud præceptum profluit: CULTURAM VOLUNTATIS PRÆFER CULTURÆ INTELLECTUS.

§. 16.

Inculcant illa Præcepta nihil aliud, quam bonum animi morale præferendum esse

## HOMINIS ERGA SEIPSUM.

esse bono ejus *naturali*, bona vero *hæc* utraqve præferri debere *bonis corporis*.

### §. 17.

Quæ vero bona *fortune* communiter appellantur, cum partim ad excolenda & promovenda bona utraqve animi, partim ad sustentationem bonorum corporis requirantur, & ipsorum usus secundum modo dictas regulas erit temperandus.

### §. 18.

De bonis animæ *spiritualibus* atqve æternis sileo, quamvis & de horum cultura subinde inculcare soleant Scriptores Juris naturalis. Non enim video, quomodo beatitudo hominis æterna & quam hæc ferè præsupponit, animæ humanæ immortalitas, *luminis rationis* demonstrari possit.

### §. 19.

Quid quod & *υπερβασι* hic vitamus, Ostendimus enim *hujus beatitudinis* tractationem solis Theologis esse relinquendam. *l. 1. c. 2. §. 1. ex 141.*

### §. 20.

Equidem rectè hic distingvitur *possibilitas* ab *actu*: Et nempe id cognoscit ratio, immortalitatem animæ non esse impossibilem respectu Dei, nullius enim crea-

turæ duratio in æternum involvit contradictionem.

## §. 21.

Sed animam æternam esse, Deumque hanc possibilitatem voluisse in actum deducere, id philosophicè demonstrari posse nego. *lib. 2. c. 3. §. 67.*

## §. 22.

Idque idè, quia omnis demonstratio ultimò debet peti ex definitione rei. At anima perfectam sui definitionem ignorat. Et quamvis id quasi palpet, se esse ens cogitans, nulla tamen est connectio necessaria inter cogitationem & durationem æternam.

## §. 23.

Hinc etsi per totum vitæ spatium homo animam suam, aut ea, quæ possidet bona, scrutetur, nihil tamen firmi sepositæ scripturæ sacræ scrutabitur, ut adeo & hæc doctrina pertineat ad mysteria fidei & prærogativas Christianorum præ Gentilibus.

## §. 24.

Nam quod *Gentiles* immortalitatem animæ asserentes attinet, eos certissimum est, vel aliorum relationi id acceptū tulisse, quod nonnulli tacitè subinnuunt, ad

ad consensum gentium hic solùm provocantes , aut argumentis obscuris & viis probabilibus sententiam suam adstruentes ; vel demonstrationibus fuisse usos falsam & heterodoxam hypothesein præsupponentibus.

## §. 25.

Scilicet communiter Philosophi gentiles duo principia cœterna statuebant, Deum & materiam primam.

## §. 26.

Quod autem animas hominum attinet , alii eas ex potentia materiæ esseeductas opinabantur , & sic mortales, quod faciebant Epicurei :

## §. 27.

Alii contra, ut Platonici, putabant animas humanas esse effluvia essentiæ divinæ, creatasque simul in universum , ut separatim existerent, postea autem nescio qua insana contemplatione materiæ meruisse ut corporibus velut compedibus vincirentur. Hinc essentiam hominis consistere in sola anima , eam vero ut divinæ particulam auræ esse immortalem aut certè longius duraturam.

## §. 28.

Pergo ad corpus. Hujus machinam

si homo consideret, deprehendet corporis futuris animum sustineri, & hoc male se habente animum quoque parum præclari, efficere posse. Inter bona autem corporis eminet vita, post hanc sanitas corporis, tum membrorum integritas bonorum classes occupant, *Vuâ* lublatâ tollitur unio corporis cum anima, *sanitate* totius corporis prostrata impeditur anima in functionibus plerisque exterioribus, *integritate membrorum* violata, istæ saltem functiones, quarum gratia anima isto membro habebat opus, sistuntur.

§. 29.

Fluit exinde Præceptum : **VITAM SANITATI, SANITATEM INTEGRITATI MEMBRORUM PRÆFER.**

§. 30.

Hæc omnia tamen, quæ hæcenus speciaticim exposuimus, præcepta ex primo limitationem accipiunt. Conservationi enim tranquillitatis communis subordinanda sunt bona animi utraqve, postponenda vita, sanitas, integritas, divitiæ & reliqua bona minora.

§. 31.

Ducit eò hominem contemplatio totius,

tius, hoc est unionis animæ cum corpore, ut jam sæpius inculcavimus. Præterea eadem meditatio ostendit homini se quoad potentias animi & vires corporis esse *substantiam finitam*, adeoque multa esse quæ non sunt in nostra potestate, quæ appetere velle frustraneum & sic stultum foret.

§. 32.

Oritur hinc aliud Præceptum: SUPRA VIRES NON NITENDUM.

§. 33.

Ad has regulas putæ commodè referri posse conclusiones omnes de officio hominis intuitu sui ipsius ab aliis fusius expositas, ac ex iisdem quæstiones controversas facile posse definiri.

§. 34.

Tales sunt: ut homo iis quæ in *sua potestate* sunt, optimè & ad præscriptum rationis utatur.

§. 35.

Ut homo, ubi prudentiæ humanæ locus est, actiones suas cœcæ velut *aleæ* non committat.

§. 36.

Ut homo non ab *eventu* actionum prudentiam & justitiam tam suam quàm alienam æstimet.

§. 37.

Ut à Proposito rectè formato homo per metum aut voluptatem se non patiatur abriperè.

§. 38.

Ut se rebus, quas sibi accommodare nequit, accommodet.

§. 39.

Ut in præsentibus securitatem, circa futura nimiam curiositatem evitat.

§. 40.

Ut in secundis rebus insolentiam, in adversis desperationem fugiat.

§. 41.

Ut omni studio opinionem boni viri conservet, eamque per calumniam aliorum læsam, quantum possibile, suo nitore restituat.

§. 42.

Ut ex factis præclaris & generi humano proficuis solum famam quærat.

§. 43.

Ut honore utatur ad benefaciendum alijs.

§. 44.

Ut ab Arrogantiâ & vanâ Gloriâ, præprijis de rebus inanibus abstineat.

§. 45.

Ut æquo animo ferat, si occasio deficiat præstantiam suam exercendi.

§. 46.

§. 46.

Ut sua sorte *contentus* vivat & reliqua tanquam ad se nihil pertinentia adspiciat.

§. 47.

Ut in comparandis opibus innocentem *industriam* adhibeat.

§. 48.

Ut paucis sit *contentus*.

§. 49.

Ut partis utatur tanquam subsidiis necessitatis *proprie* & beneficiendi aliis.

§. 50.

Ut animum ad suscipiat, ne *amissis* opibus coincidat.

§. 51.

Ut erogationem earum ita temperet, ne illas citra rationem *dissipet*.

§. 52.

Ut doloribus non necessariis abstineat.

§. 53.

Ut *delectationibus* sensuum fruatur modicè.

§. 54.

Ut affectus suos in potestate habeat.

§. 55.

Ut *lætitia* non utatur super alienis malis aut rebus ineptis.

§. 56.

Ut *tristitiam* exterminet, nisi quatenus ad



d misericordiam & pœnitentiam eâ habet opus.

## §. 57.

Ut Objectum dignum & honestum ita amet, ne aliis Officiis remoram injiciat, neve eo amisso morbus oriatur.

## §. 58.

Ut odio hominum & Invidiâ planè vacuus sit.

## §. 59.

Ut Spe super rebus variis, incertis & impossibilibus non frustra se fatiget.

## §. 60.

Ut metui & ire tanquam affectibus humanæ menti inimicis ac valdè perniciosis omni studio reluctetur.

## §. 61.

Ut tempestive honestum vite genus, secundum impulsus genii, corporis atque ingenii habilitatem, natalium conditionem, fortunæ bonæ, parentum auctoritatem, imperantium civilium jussum, occasionem aut necessitatem eligat.

## §. 62.

Ut studia literarum non rejiciat, tanquam quæ hominem ineptum reddant ad negotia pacis & belli, sed potius iis innatam bonam indolem perficiat.

## §. 63. Ut

## §. 63.

Ut tamen non *inanibus literis* operam det, sed *utilibus aut elegantibus*.

## § 64.

Ut studia ad *usum vite humanæ* attemperet, non temporis fallendi gratia, & cum neglecta aliorum *Officiorum* iis se immergat.

## §. 65.

Ut *rationem* magis quam auctoritatem sequatur, & *pertinaciam* erronea defendendi supprimat.

## §: 66.

Atque in his fere consentiunt *cruditæ*  
Jam de *questionibus controversis* videndum.  
Initio quidem de *potestate hominis in propriam vitam*.

## §. 67.

Ubi id quidem nemo sanus negaverit non licite saltem, sed & longè honestius eum facere, qui *probabilem occasionem brevioris vite*, ut aliis inserviat, elegerit, quam qui *ingloriam & domi desidem* quæserit, ut ad *extremas ætatis metas* pervenire possit.

## §. 68.

Neque illud dubium, posse quem jure ab imperante adigi, ut in *probabile mortis periculum* se pro utilitate aliorum conjiciat.

## §. 69.

Quin & *citra* hujusmodi *imperium* aliquis cæteris paribus pro aliorum utilitate ejusmodi periculum subire poterit.

## §. 70.

At de *Autochiria* gravior inspectio: *Pro lubitu* sibi vitam abrumpere in Deum & societatem humanam esse injurium, ex supra dictis pater.

## §. 71.

Idem sentiendū, si quis *radio molestiarum* & indignatione malorum communium, vel metu dolorum, quibus fortiter toleratis exemplo suo prodesse poterat, mortem sibi inferat.

## §. 72.

Nec excusabitur, qui *alieno ministerio* hic utitur.

## §. 73.

Multo minus probandæ *leges civiles*, vel jubentes, vel permittentes civibus nihil delinquentibus ultrò vitam projicere.

## §. 74.

At, si quis videat se victurum deinceps in *probrum Dei*, aut certitudine moraliter infallibili cognoscat mortem sibi paulo post ab hoste, aut sævo principe cum *cru- ciatu intolerabili* adferendam, aut ob *pretensa delicta* etsi sit innoxius à principe jubeatur mortem sibi accelerare, aut ea

aces.

<sup>a</sup>cceleratione ignominiam carnisficis evitare ipsi concedatur; Difficillimum erit, ex solationis lumine hunc convincere, ut his casibus à proppricidio, abstinere debeat, cum moraliter hic certum sit, ejusmodi homines servatione vitæ nec sibi nec aliis utilitatem afferre posse.

§. 75.

Eo tamen referre nolim qui ob evitandam *quamcūque* ignominiam nullo vero fundamento subnixam, mortem sibi consciverunt (unde dissimilia sunt exempla Socratis & Catonis, quamvis hos Cicero comparet.)

§. 76.

Neque pueros aut fœminas, qui morte voluntariâ *puclitiae* declinarunt violatorem. Etsi hi magis exculationem mereantur.

§. 77.

Quod si quis opinatus fuerit, *plus boni* semper esse in *vita*, quam *mali* etiam in exquisitissimis *doloribus*, is forte experientia acutorum quorundam dolorum, sed patientiam communem hominis non excedentium, ad præconceptam hanc opinionem fuit seductus, vel historiae Jobi, viri aliàs patientissimis oblitus.

§. 78. Ac

## §. 78.

At dices, *Scriptura docet*, omnes autochires absque discrimine posito pœnæ æternæ esse obnoxios. Bene inquam, si *Scriptura hoc docet*, si autochiria ista pugnat cum beatitudine æterna. At nos de dictamine rationis & felicitate hominis temporali sumus solliciti.

## §. 79.

Igitur reliquam litem *Theologis* expediendam relinquimus, quibus non magis contradicimus ac *Physicus*, inculcans quod virgo non pariat.

## §. 80.

Seqvitur ut videamus de conservatio-  
ne sui, conjunctâ cum *propulsationis violentiæ*  
ab altero illatæ quæ *defensio* appellatur.  
Hæc vero quatenus instituitur *sine læsione*  
ejus, qui malum nobis machinatur, quin  
licita sit, nullum habet dubium.

## §. 81.

At quatenus *cum lædentis perniciæ* con-  
juncta est videtur eequidem ea tranqvilli-  
tati & utilitati societatis humanæ esse  
adversa.

## §. 82.

Sed videtur, nam tantum abest, ut ad-  
versa sit, ut potius ratio dictitet, proscri-  
ptionem

ptionem defensionis ejusmodi violentæ  
haudquicquam paci sed exitio generis  
humani conducere.

§. 83.

Nec obstat *religio Christiana*. Nam  
quamvis aggressor in periculo damnatio-  
nis versetur, si interficiatur, unde nonnul-  
li putarunt laudabilius eum facturum, qui  
tum occidi, quam occidere mavult; aut  
contra regulas justitiæ peccaturum inva-  
sum, si minus suum malum cum aggresso-  
ris majori malo depellere intendat, pluri-  
mæ tamen sunt rationes, quibus ad hanc  
objectionem responderi poterit.

§. 84.

Illam vero distinctio utrum is qui inva-  
ditur sit persona Societati utilior quam  
invasor, annot, ita ut priori casu defensio  
violenta sit licita, posteriori illicita, si  
eam ita generaliter spectes ad præsens  
negotium plane est inepta.

§. 85.

Alia quæstio est an non *defensio violenta*  
quam hætenus licitam esse ostendimus;  
etiam *homini sit præcepta*? Alii eam simplici-  
ter affirmant, prætendentes, eum, qui  
illam omittat *αυτοχρησιν* committere,

§. 86.

Alii præfatam distinctionem huc ap-  
plicant,

## §. 78.

At dices, *Scriptura docet*, omnes autochires absque discrimine posito pœnæ æternæ esse obnoxios. Bene inquam, si *Scriptura hoc docet*, si autochiria ista pugnat cum beatitudine æterna. At nos de dictamine rationis & felicitate hominis temporali sumus solliciti.

## §. 79.

Igitur reliquam litem *Theologis expediendam relinquimus*, quibus non magis contradicimus ac *Physicus*, inculcans quod virgo non pariat.

## §. 80.

Seqvitur ut videamus de conservatione sui, conjunctâ cum *propulsationis violentiæ* ab altero illatæ quæ *defensio* appellatur. Hæc vero quatenus instituitur *sine læsione* ejus, qui malum nobis machinatur, quin licita sit, nullum habet dubium.

## §. 81.

At quatenus *cum lædentis perniciæ* conjuncta est videtur eque videtur eque tranquillitati & utilitati societatis humanæ esse adversa.

## §. 82.

Sed videtur, nam tantum abest, ut adversa sit, ut potius ratio dicat, prosc<sup>riptionem</sup>

ptionem defensionis ejusmodi violentæ  
haudquicquam paci sed exitio generis  
humani conducere.

§. 83.

Nec obstat *religio Christiana*. Nam  
quamvis aggressor in periculo damnatio-  
nis versetur, si interficiatur, unde nonnul-  
li putarunt laudabilius eum facturum, qui  
tum occidi, quam occidere mavult; aut  
contra regulas justitiæ peccaturum inva-  
sum, si minus suum malum cum aggresso-  
ris majori malo depellere intendat, pluri-  
mæ tamen sunt rationes, quibus ad hanc  
objectionem responderi poterit.

§. 84.

Illam vero distinctio utrum is qui inva-  
ditur sit persona Societati utilior quam  
invasor, annon, ita ut priori casu defensio  
violenta sit licita, posteriori illicita, si  
eam ita generaliter spectes ad præsens  
negotium plane est inepta.

§. 85.

Alia quæstio est an non *defensio violenta*  
quam hætenus licitam esse ostendimus;  
etiam *homini sit præcepta*? Alii eam simplici-  
ter affirmant, prætendentes, eum, qui  
illam omittat *αὐτοχρηστῶν* committere,

§. 86.

Alii præfatam distinctionem huc ap-  
plicants,



plicant, defensionem non ex licitis saltem sed & præceptam esse si aliorum multum interfit, ut qui invaditur sit superstes.

## §. 87.

At si sibi duntaxat vivat, ad licita tantum pertinere cruentam hanc defensionem, præprimis, ubi invasoris vita multis sit utilis, & probabiliter prævideatur, eum, si interficiatur, damnationis æternæ fore reum.

## §. 88.

Nobis, ut unâ fidelia duos dealbemus parietes, id cum primis videtur considerandum. Utrum *Invasor imperium* habeat in invasum, an non? Priori modo si imperium sit *summum*, tantum abest, ut obligari invasum ad defensionem cruentam arbitrer, ut potius obligatum putem, illam omittere.

## §. 89.

Turbaretur enim profecto tranquillitas omnium Rerum publicarum, si subditis permitteretur potestas cum violentia resistendi principibus aut eorum ministris.

§. 90. *sum*

Næque excusabit invadentem, si dica

ca

cat, principem potestate sua abutum fuisse, cumque injuste invasisse, quoniam inter eos, qui solâ communionem juris naturalis utuntur, quales quoque sunt princeps & subditi (si nimirum inter se collidantur,) justitia & injustitia actionum non sunt remedia apta ad definiendas controversias.

## §. 91.

Quod si invalor imperium *summo minus* habeat, non dicam equidem, laudabilius invasum esse facturum, si se interfici patiatur, id tamen effecturum arbitror hoc imperium, ut excusari possit invasus, si se à Domino, à Patre &c. patiatur interfici.

## §. 92.

Necque ut *αὐτοχτονε* considerari merebitur, qui alieno ministerio in sui internecione utitur, comparari; Hic enim proprecidium appetit & jubet, ille serio abhorret idque averfatur & saltem non resistit; quæ non resistantia, an hîc peccatum sit, in quæstione est.

## §. 93.

Si tamen imperium summum eum *minori* concurrat, ut si miles à Patre hosti inserviente invadatur, non licitam saltem, sed & cum obligatione conjunctam cæteris paribus defensionem violentam opinor.

## §. 94.

Quod si denique aggressor in aggressum *imperio careat*, & si aliis imperet, & si invasus sibi duntaxat vivat (sibi vero vivere non debet;) obligatum hunc arbitrator, ut se, etiam cum interdicione aggressoris defendat, quia aggressor in aggressionem evidenter socialitatem rumpit, ac spes incertissima est, eum emendatum iri; aggressus vero obligatur utilitatem aliorum in posterum, quantum in se est, promovere, Promovere autem sine hac defensione violentâ nequit.

## §. 95.

Ut autem hæc sui *defensio* pro *justa* haberi possit, nonnulla eius *requisita* considerari merentur, quæ sub vulgato titulo *moderaminis inculpatae tutelæ* comprehenduntur. De quo uti multi multa, commentatores quidem juris Civilis plerumque confuse, Theologi vero Pontificiæ Religionis sæpius impie scripserunt; ita res sine distinctione inter statum *æqualitatis & imperii* seu naturalem & civilem expediri nequit.

## §. 96.

Differentia autem inter utrumque statum, quod *inculpatam tutelam* attinet, potis-

potissimum in tribus momentis se exerit  
 (1) intuitu injuriae inferendae (2) ratione tem-  
 poris à quo (3) respectu durationis.

§. 97.

Qui in statu naturali vivunt, illi quam-  
 cunque injuriam, etiam minimam violen-  
 tes & si aliter eam evadere nequeant,  
 etiam cum interneccione adversarii, re-  
 pellere justè possunt.

§. 98.

Dico Justè, unde aliorum distinctiones  
 inter impunitatem & impeccabilitatem,  
 aut inter id quod de facto fiat inter ho-  
 mines, & quod secundum rigorem na-  
 turæ fieri debeat, non moror.

§. 99.

Manent enim in hoc statu inconcussa  
 hæc axiomata: *Laeso adversus hostem* (quam-  
 diu in statu hostilitatis manet) *jus compo-  
 re in infinitum*; Item, *Ledentem* & ita vincu-  
 lum socialitatis abrumpentem donec in  
 statum pacis mecum redire paratus sit,  
 nullum habere jus officia socialitatis à me expo-  
 tendi.

§. 100.

Quæ vero in contrarium afferri solet  
 æqualitas quam jus naturæ in resistendo  
 hæc parte exigat, nulla ratione firmatur.

& conscientia regulis istis opposita pro  
erroneâ erit habenda.

§. 101.

Cæterum uti in *statu integritatis* nulla læsio metuenda fuisset, ita neque in hac, neque in reliquis quæstionibus de defensione sui ex analogia *status integri* aliquid nostræ sententiæ opponi poterit.

§. 102.

At in *statu civili* libertas hæc se ipsum defendendi in dubio hæctenus videtur restricta, ut tantum liceat *vitam* aut aliâs *irreparabile bonum* ita defendere.

§. 103.

Deinde in *statu naturali* initium moderatæ defensionis incipit, cum liquido apparet alterum circa inferendam mihi injuriam occupari, licet conatus suos nondum plenè expromserit, adeoque licebit adhuc noxam apparentem occupare.

§. 104.

At in *statu civili* ab eò demum tempore incipit cum aggressor voluntatem injuria me affiendi præ se ferens & viribus instrumentisque nocendi instructus jam intra illum locum extiterit, ex quo re ipsa nocere possit, computato quoque illo spa-

cio quo opus est, si ego prævenire quam præveniri malim.

§. 105.

*Modicus tamen excessus in vasum propter præsumptam perturbationem animi hic excusabit.*

§. 106.

Ergo nisi aggressi culpa præcesserit, non præcisè obligabitur ad fugam si in aperto loco fuerit constitutus, nisi fugere commodè possit.

§. 107.

Inter somnia vero Moralistarum referendum est, quod multi requirant *paritatem honorum.*

§. 108.

Denique in *Civitate* defensio durat donec periculum injuriæ futuræ fuerit evasum.

§. 109.

At in *statu naturali* licebit etiam injuriam illatam vindicare, de quo suo loco plura.

§. 110.

Ex his differentiis & potissimum ex prima, facilimè controversiæ defensione *bonorum vitæ minorum* dijudicari poterunt.

§. 111.

Nam in *statu naturali* eorum defensio

cruenta haud dubiè erit licita, ergo quæ-  
stio saltem remanet de *statu civili*.

§. 112.

Igitur *membrorum integritatem* defendere  
cum internecione aggressoris justè po-  
terò, quia periculum vitæ est conjun-  
ctum.

§. 113.

Unde qui ajunt periculum mutilatio-  
nis membri non sufficere, si vita morali  
certitudine salva sit, idem videntur sta-  
tuere, ac si dicerem. Elephantum posse  
volare, si habeat alas.

§. 114.

De *pulicitia* difficilior inspectio est.  
Sive enim hanc physicè consideres repa-  
rari poterit, per æquivalens, sive morali-  
ter, eadem auferri non poterit *me invito*,  
quia est bonum animi;

§. 115.

Equidem hætenus putavi, licentiam  
defensionis cruentæ hæc parte exinde de-  
duci posse; quod virgo periculum subeat  
saltem ad momentum, delectationem ex  
alterius congressu illicito percipiendis;  
adeoque hunc justum de peccato alterius  
participandi metum pro damno irrepa-  
rabili habendum esse, cum factum ne-  
queat

queat infectum fieri, & peccata æstimationem inter homines non recipiant.

§. 116.

Sed re curatius pensitata neque hæc ratio videtur sufficere. Præterquam enim, quod eadem non in læsione omnis pudicitie procedat, illa delectatio momentanea vim patientis, si maxime peccatum est, pro tali tamen ex sola rationis lumine non poterit demonstrari.

§. 117.

Quod si tamen ex eo, quod communiter fieri solet, conjecturam de præsumptâ voluntate principum sumere velimus, dicerem; in dubio præsumi principem & hanc defensionem permittere voluisse. Nam in exemplis, quas historia nobis suppeditant, illi, qui Imperium habuerunt, defensiones ejusmodi, si non semper, certè plerumque laudarunt & approbarunt, nonnunquam etiam decorarunt præmio.

§. 118.

*Alapam* vero, aut falsum alterius testimonium in civitate per internecionem ejus à quo metuimus avertere justè posse & rationi & moribus universalibus repugnare. *Alapa* enim est bonum reparabile, Fal-



sum testimonium vero ad invasionses violentas planè non pertinet.

§. 119.

Eadem de defensione *honoris & existimationis* dicenda sunt.

§. 120.

De defensionibus vero *rerum* sic tenendum. Ubi erepta subsidio Magistratus recuperari possunt, non licebit ad eadem usque invasoris progredi, nisi in eo casu ubi qui res nostras ereptum venit, in iudicium adduci non potest, Quo intuitu licitum est occidere *prædones, ac fures nocturnos,*

§. 121.

Id vero ad moderamen inculpatæ tutelæ neque in statu naturali neque in civili requiritur, ut *invasor dolo malo* exitium mihi intentet. Valebit enim idem adversus eum quoque qui per errorem (etiam justum) me aggreditur. Nam ut alia taceam, jam supra posuimus canonem: errorem æquius imputari erranti quam tertio.

§. 122.

Simul illud patet, moderamen tutelæ cum jure nitatur, & species sit homicidii casualis, nullam mereri *penam*. Unde & quæ à legibus civilibus casuali homicidio

coër-

Coercitiones quandoque fuerunt impositæ, pœnæ propriè dictæ non sunt.

§. 123.

Ex dictis vero patet hominem ad aver-  
tendum periculum vitæ non tantum in-  
stinctu naturæ ferri, sed & *jus* eidem ex di-  
ctamine rectæ rationis competere. Solet  
vero istud vitæ periculum, si ei nulla viâ,  
excepta unâ, resisti possit, uno vocabulo  
appellari *necessitas*.

§. 124.

Unde ex tribus, quas nonnulli faciunt,  
necessitatis speciebus, quarum alia sit ad  
*bonestatem*, ad *incolumitatem* altera, tertia ad  
*commoditatem*, sola media hujus est loci.

§. 125.

Quæ, etsi communiter à Scholasticis  
dividatur in *summam*, quam descripsimus,  
& *gravem*, quam duobus vel pluribus re-  
mediis, sed plerumque incommodo alte-  
ro, altero legibus improbato, evitare pos-  
sumus, reverâ tamen gravis huc non per-  
tinet, sed potius ea est, quam modo ad  
commoditatem tendere diximus.

§. 126.

De nostra vero necessitate communi-  
ter regula profertur : *Necessitas non habet  
legem.*

§. 127. Di-

## §. 127.

Dico de nostra; Nam ad necessitatem commoditatis eam falsissimè extendunt sapius Scholastici, in definiendis controversiis specialibus, quod hic semel monuisse sufficiat.

## §. 128.

De necessitate vero honestatis Canon intelligi nequit, quia hanc lex producit, at nostra legem non habere asseritur.

## §. 129.

Quamvis autem axioma hoc in omnium ore versetur ac multi de eo commentati fuerint, de sensu tamen ejus in genere dubia non omnia tollunt distinctiones ab eruditis (Scholasticorum enim & moralistarum Pontificiorum ineptias subinde impias præterimus) jam prolata, certè illustratione aliqua aliqvaando indigere videntur.

## §. 130.

Igitur quæstio est: An necessitas in legibus exceptionem tacitam faciat; ut legislator non præsumatur subjectum adigere voluisse ut legem observet, si observatio cum periculo ejusmodi vitæ sit conjuncta?

## §. 131.

Eqvidem de legibus humanis ferè res  
CON-

controversia caret; regulariter in his necessitatem exceptionem facere, cum utilitas communis ex utilitate singulorum constet, & regulariter conservatione singulorum magis consulatur communi utilitati, quam observatione legis humanæ.

§. 132.

Nisi tamen legislator aperte contrarium disposuerit, quæ limitatio jam statui controversiæ inest.

§. 133.

Aut nisi natura negotii, quæ v. g. est bellum, conductus aliorum &c. aliud spondeat.

§. 134.

De legibus divinis difficillima est inspectio. Optimum videtur, si à notioribus hic progrediamur ad ignota & ex exemplis nobis formemus conceptum de regulâ?

§. 135.

Lex divina est: *Sabbatum esse colendum.* Hic extra dubium est, me *Sabbatum non violare*, si aut morbo impeditus gravi domi maneam, aut res ad victum necessarias præparem.

§. 136.

Rursus tamen dubium non est, si Princeps

ceps Idololatra jubeat Sabbathum profanare actionibus eo die prohibitis, potius mortem esse subeundam.

## §. 137.

Denique certum esse arbitror, aliquem, cui à tyranno cultus publicus metu mortis incusso prohibeatur, lege divina haud obligari ad tantum publicè periculò, mortis persequendum. Exempla enim martyrum sunt heroica, & specialem instinctum divinum præsupponunt.

## §. 138.

Lex divina erat: non comedendos esse Laicis ( si ita licebit dicere ) panes propositionis: non comedendam esse carnem suillam. Illud vero fame premente licebat Davidi; hoc non licebat Judæis quibus ab Ethnicis metu gravissimorum tormentorum id erat injunctum.

## §. 139.

Igitur ob rationis paritatem infero non licuisse Davidi vesci carnib<sup>9</sup> propositionis, si Saul v. g. id jussisset sub pœna mortis, licuisse vero Judæis vesci carne suilla, v. g. in obsidione Hierosolymæ.

## §. 140.

Habes exempla Præceptorum negativorum, in quibus necessitas modo exceptio-

ptionem facit, modo non facit, jam cape exemplum, ubi nunquam facit exceptionem,

§. 141.

Tale est illud : non concubendum cum matre.

§. 142.

Cur igitur sic diversè ? Fortè distinguendum erit inter leges divinas *positivas* & *naturales*, ita ut positivæ regulariter exceptionem necessitatis secum ferant. At ita obstant, quæ de profanatione Sabbathi, de omiſſa à Iudæis comestione carnis suillæ & modo de concubitu cum matre diximus.

§. 143.

Tentabimus an res ita procedat ? Leges divinæ vel *affirmativa*, vel *negativa*, Leges *affirmativa* ex natura sua ut quis obligetur, præsupponunt occasionem, materiam & facultatem agendi, quæ regulariter deesse intelligitur, ubi quid fieri non potest, nisi ipse peream, quocunqve modo necessitas (citra culpam tamen meam) adveniat.

§. 144.

Ex legib<sup>9</sup> positivis repetere quæ de Sanctificatione Sabbathi dixi. Quod leges *naturales* attinet, eadem est ratio, sive sint præcepta

pta intendunt obligationem *imperfectam* ad officia nempe humanitatis exhibenda, sive *perfectam*, v. g. de promissis servandis.

## §. 145.

At in *negativis* variis distinctionibus erit opus. Initio unde necessitas habeat originem an à Deo, an à *malitiâ aliorum* hominum, tum utrum *malitia* hominum principaliter intendat mortem inferre, an primario §. 174 de h. t. Actor dicit non a necessitate sed ex causa quærat *transgressionem legis*, denique an *medium* evadendi suppeditur ab *instinctu naturali*, an rursus ab *hominum malitia*.

## §. 146.

Quod si itaque necessitas adveniat à *malitiâ humana* principaliter mortem intendente, & *medium* evadendi suppeditet *instinctus naturalis* licebit istud *usurpare*, etiam si aliàs à Deo sit prohibitum, quia Deus non præsumitur rigorem legis suæ hic velle exercere in utilitatem nequitiae humanæ, accedit quod *instinctus* ad istud *medium* adhibendum à Deo sit, quia *naturalis* est.

## §. 147.

Unde licuisset Judæo quem alius fame necare ex injustâ causâ volebat vitam conservare *esu carnis suille*. Ita licebit Christiano

stano in simili necessitate constituto *cibus alienum invito Domino capere*. Habes iterum exempla tam ex lege positivâ, quam naturali.

## §. 148.

Sed si *hoc casu medium evadendi suppeditetur à malitiâ hominum*, non licebit eo uti, quoniam, qui ejusmodi medium offert, intendit ignominiam Dei, & acceptatio ejus plerumque tacitam abnegationem divini numinis infert, quo casu Deus potius jacturam vitæ præsentis bono meliori compensaturus esse præsumetur.

## §. 149.

Ita si *Judæo*, quem quis fame necare volebat, tertius quidam *infidelis carnem suillam* obtulisset, abstinendum erat ab esu. Ita si *Mæger* injustè incarcerato sub conditione *incestus*, aut, ut ex lege naturali exemplum addamus, si alius sub conditione *hominis innocens interficiendi* liberationem promittat, liberatio non erit accipienda.

## §. 150.

Multò minus itaque necessitatem evadere licebit violatione legis divinæ, si is, *qui necessitatis auctor est, scilicet intendat*

Cc

actum



*actum legi contrarium, ob rationis identitatem.*

§. 51.

Idque procedet, siue *medium* suppedietur per *novam malitiam*, ut si quis ei, quod tyrannus ad *ejurandam veram religionem* mortis metu cogere vult, liberationem sub conditione *supra* vel *homicidii* promittat.

§. 152.

Siue etiam *instinctus naturalis* me graviter incitet ad vitam servandam. Nam *Sicut* post ponenda erit vita contumeliae divinae. Ut si *Ethnicus* Judæo, *ejurare patriam religionem* nolenti *nullum cibum* *vegetabilem* *suillam* proponere jussisset.

§. 153.

At si *necessitas à Deo* ortam ducat, & *medium* etiam ab *instinctu* *mere naturali* suppedietur, licebit idem adhibere, tamen quia *medium* est à *Deo*, tum quia actus non tendit ad abnegationem ejusdem.

§. 154.

Hinc tempore *famis* licuisset *carne suilla* vesci, licebit *ab alieno* *cum* *sedare*.

§. 155.

Alia ratio est si *medium* eluctandi suppedietur

dicitur *malitia hominum*, ubi conjunctam iterum DEI contumeliam.

§. 156.

Ut si tempore *famis* sub conditione *stupro* vel *homicidii* quis panem promittat.

§. 157.

His distinctionibus observatis, puto jam facile responderi posse ad *questiones speciales quasvis de jure necessitatis*.

§. 158.

De *abscissione membri*, ut vita fervetur, non est dubium.

§. 159.

Ex *carne etiam humanorum cadaverum* tempore *famis* nutrimentum capere, miserandus cibus est non nefarius.

§. 160.

Quin & miserandum magis quam iniustum erit, in ejusmodi necessitate, ut plures ferventur, *unius aut quorundam inservitiam sorte procurare*.

§. 161.

Multo magis igitur, si duo in praesens *viae periculum* incidant, in quo utriusque sit *pereundum*, v. g. in *navfragium*, in *hostes*; uni quid facere licebit, ex quo alteri aliis *perituro fata* admoventur, ut ipse salvus sit, v. g. si ipsum a *tabulâ*, quae

Cc 2

utrum.

utrumque ferre nequit, violenter repellam, si eum clausâ portâ in periculo vitæ relinqvam.

§. 162.

Adhuc ergo minus dubium habet, licere alteri ex necessitate *periculum mortis aut magnæ læsionis intendere indirectè*, ita ut non sit propositum ipsi nocere, sed duntaxat se per talem actum, ex quo alteri propabiliter magnum damnum inferatur, defendere, quæ vale quid accidit, si v. g. claudus aut infans vel alius fugientem in viâ angustâ impediât.

§. 163.

Ratio in his tribus casibus est eadem; necessitas enim vel à Deo vel à malitiâ hominum, mortem meam principaliter intendente provenit, medium vero eam evadendi suppeditatur ab instinctu naturali vitam meam conservandi.

§. 164.

At inqvies, ita committitur homicidium, jure naturali prohibitum? Non arbitror. (Lex enim naturalis homicidium interdicens, apertè non denotat quamvis hominis interfectionem, sed dolosam occisionem hominis innocentis.) *hac mutata*

*sunt in di. §. 102. p. 92.*

§. 165

§. 165.

Jam non quidem recurrām ad id refu-  
gium, ac si occisiones in datis casibus non  
sint occisiones dolosæ, id enim in quæstio-  
ne est, sed nego esse occisiones.

*hac (1) q̄q̄h-  
nent ex p̄u-  
rit Aut. dij.  
p̄m. 92.*

§. 166.

Quid audio, ais, an nescis etiam à Gen-  
tilibus æquiparari inter se, occidere, &  
mortis causam præbere?

§. 167.

Benè, inquam, sed nego, in datis casi-  
bus, defensorem vitæ suæ mortis causam  
præbere.

§. 168.

Nimirum in moralibus sæpissimè,  
quoad imputationem adspicitur intentio  
primaria, ut, si hæc licita vel illicita sit, est  
fectus accidentarii & intentio secundaria  
exinde etiam dijudicentur.

§. 169.

Ita si quis intendat, alterum interficere,  
aberrans vero gladio ulcus mortiferum  
aperiat, non poterit postulare præmium  
beneficii.

§. 170.

Ita qui servum emendare intendens  
amicum errore percutiat, non tenebitur  
injuriatum.

## §. 171.

Ita etiam (ne dicas, in adductis exemplis ideo sic pronuntiandum esse, quia prior beneficium, hic injuriam plane non intenderat) qui commoditatis causa officium suum tollit, etsi secundo intendant vicino suo lumina obscurare, vicino injuriam non facit.

## §. 172.

Est enim intentio secundaria hoc loco, quando ex instinctu merè naturali appetito medium aliquod ad prosequendum finem, non appetiturus, si alio medio finem consequi possem.)

## §. 173.

Igitur ut ad nostros casus regrediamur, & in his intenditur principaliter vitæ defensio, secundo alterius interfectio, quæ & in his speciebus sæpè non accidit alteri necessario, etsi sit valde probabilis. Igitur & tunc vitam suam defendentes dicendi erunt causæ per accidens mortis alienæ, vel causam præbent occisioni physicam quidem, at non moralem.

## §. 174.

Aliam esse rationem arbitror ejus, qui à tyranno, nisi vitam propriam velit perdere, jubetur interficere hominem innocentem, quia

quia origo necessitatis venit ab homine; in suppeditatione mediis principaliter intendente actum legi contrarium.

§. 175.

Neque adeo rem hinc conficere videtur distinctio, utrum princeps civi suo quid mandet tanquam actionem civi propriam, an tanquam meram executionem ejus actionis, quæ proprie imperantis esse debeat; ac si hoc ultimo casu, ad quem etiam pertineat occisio hominis innocentis, non magis factum istud civi imputari possit, quam gladio aut securi cædes.

§. 176.

Nam uti quidem ista comparatio hominis cum gladio multas patitur diversitatis rationes, ita vereor, ut jussa interfectio hominis, quem is, qui jubetur, certo innocentem novit, possit appellari mera executio, & cum mandatâ lectione orationis, in quâ multa comprehenduntur, mendacia (utpote, quæ non magis crimen est, quam scriptura verborum blasphemorum ab ætuario judicis facta) comparari. Aut, si cædem innocentis ad meram executionem referre velis, quæ erit differentiam inter necem ho-

minis innocentis, & mandatum stuprum matri inferendum, cujus executionem ita gravem esse ac fœdam fatentur omnes, ut generosum habeatur, mori malle, quàm eo patrandò sua membra accommodare. Uti enim hoc stuprum ad legem positivam infra referemus, ita homicidium haud dubiè lege naturali est prohibitum.

## §. 177.

Restat ut videamus, an necessitas tribuat jus *ad auferendas res alienas*? Seu an hoc pacto committatur furtum? Variè hîc procedunt variè. Alii enim *furtum committi* arbitrantur, *sed nullâ pœnâ ple-*  
*ctendum*, qui contradictionem ferè videntur involvere, delictum nominantes, quod nullam pœnam mereatur.

## §. 178.

Alii *casum necessitatis* in hâc quæstione *non esse dabilem* putant, sed argumentationem non firmiter inferente.

## §. 179.

Alii furtum esse negantes, in singulis furti definitionibus asylum quæerunt. Hi enim non contrectari *rem alienam* statuunt, reviviscente hoc casu communione primævâ; Illi dominum non esse *jure*  
*invi-*

*invitum* affirmant; isti non subesse *frandulenti am* contre étationem arbitrantur, quibus & nos ad stipulamur.

§. 180.

Quoniam scilicet in casu extremae necessitatis officia humanitatis mutantur in obligationem perfectam. Atque hoc, uti cum debitis limitationibus jam alii fufius exposuerunt, ac præterea ex dicendis suo loco patefcer; Ita vel ipsi contradicentes concedunt, communiter indigenti, ut magistratum adeat, (iudicio, perfectam subesse obligationem) consulentes.

§. 181.

Unde profecto, ut uno verbo me expediam, qui in formatâ specie furtum committi arbitrantur, furti definitionem ignorant.

§. 182.

Denique necessitas summa, in quam sine culpâ incidimus, veniam indulget, *res alienas non pretiosiores nostris perdendi*, ut tamen quandoque in partem damni veniamus & ejus æstimationem ex parte alteri restituamus, unde dependet æquitas *legis Rhodiae de jactu*, discissio retrum, in quæ navis mea impulsæ est.



## §. 183.

¶ *Ceterum difficilior est inspectio, an necessitas circa res nostras amittendas. versans simile jus in res alienas perdendas concedat.* Nam uti necessitas hæc nisi cum vitæ meæ periculo cōjuncta sit, pro summâ haberi non poterit, ita quod aliqui inde deducunt, ac si ei, qui primum bellum gerit, liceat occupare locum in solo pacato situm, si certum sit periculum, ne hostis eum locum invadat; etiamsi cautiones ab his addi solitæ observentur, magis tamen ad ea pertinet, quibus venia indulgetur, quàm quæ juris naturalis titulo defendi possunt.

## §. 184.

*c. s. 24.* ¶ Intereos vero, qui in *statu civili* vivunt, facilius defenditur; propter justum potissimum aut tolerantiam ejus, qui rō *major* gerit, v.g. *destructio adium tempore in-  
tendit, prestatio cautionis de dativo infecto,  
concessio itineris ad fundum meum vicini-  
norum fundis circumdatum, & si  
quæ sunt similia.*



## CAPUT II.

## De Officio hominis erga alios, &amp; in specie de custodienda æqualitate inter homines.

## §. I.

SEquuntur officia hominum erga alios homines. Quæ quidem vel dirigunt homines viventes in certâ societate, vel respiciunt homines quosvis in quacunq; societate vivant.

## §. 2.

Communia hæc vel immediatè ex Dei voluntate ortum trahunt, citra & ante omnem consensum humanum, vel præsupponunt jam pacta & conventiones hominum.

## §. 3.

Posses adeò illa vocare *Absoluta*, hæc *hypothetica*. Quod si tamen illa *connata*, hæc *acquisita* appellare velis, non refragabimur, cum absolutis correspondeat obligatio connata, hypotheticis <sup>causis</sup> absoluta.

## §. 4.

Ferè enim doctrinæ causa distinctio hæc præceptorum reperta esse videtur, non magnum adeò momentum allatura ad controversias definiendas.

## §. 5.

## § 5.

Quod enim affertur, inter obligationes à superiore injunctas, & eas, quæ ex mutua conventionione oriuntur *id videtur discrimini*, quod hæc quidem statim aliquem non amplius stringant, quando alter prius ab iisdem discessit; illæ autem adhuc tenere possint ad quid præstandum, licet alter in officio mutuo respondere defierit, idque quia per autorem obligationis pensari potest, quod iste minus justo habet, paululum obscurius est.

## § 6.

Sicut & illud, quod hæctenus tamen obligatio ad exercenda adversus alterum officia juris naturalis, ut ut à supremo nunquam injuncta, conveniat cum obligatione ex quavis conventionione ortâ, quod ubi unus ab eâ discedat, idem ab altero illa officia postulare amplius nequeat, & præterea hic jus accipiat, istum per vim ad factis factionem adigendi.

## § 7.

Quod si tamen, uti videtur, iste horum est sensus in utrisque præceptis, ne illi, qui eadem primus violavit, nunquam obligari, obligari tamē posse extra ordinē superio-

periori in præceptis absolutis, dari possunt instantiæ non unæ.

**§. 8.**

Verùm est: potest Superior me adigere, ut lædenti, cui aliàs in statu naturali, quamdiu in statu læsionis manebat, non obligabar, læsionem citra satisfactionem ab ipso factam condonem. Cœterum uti hæc voluntas superioris regulariter & citra revelationem peculiarem non præsumitur, ita eadem non saltem in præceptis absolutis, sed & hypotheticis locum sibi vindicare potest.

**§. 9.**

Nam quis neget, DEUM aut alium imperantem subjectum sibi cœteris paribus adigere posse, ut alteri etiam à contractus fide recedenti fidem fervet, aut rem propriam ipsi eam restituere nolenti condonet &c.

**§. 10.**

Rursum quod dicitur, abstrahendo à tali superioris speciali voluntate in utrisque præceptis lædenti me ad officium reciprocum non teneri, id in obligatione inter pares saltem, aut intuitu obligationis, quæ superiores homines tenentur inferiorio-

ferioribus, haud quaquam vero, nisi principia Monarcho machica sequi velimus in obligatione, quâ inferiores superioribus obstricti sunt, procedit, siue hoc casu obligatio oriatur ex præcepto hypothetico siue ex absoluto.

§. 11.

Inter absoluta vero præcepta id omnium primum esse videtur, quod ex statu hominum oritur, quem supra diximus *statum humanitatis*.

§. 12.

Quæ cum in omnibus hominibus in universum, seu imperantibus seu parentibus existat, hæc æqualitatem aliquam inter eos gignit.

§. 13.

Et hæc æqualitas quidem diversi modo declarari poterit, partim ex dictamine rationis, partim in subsidium assumptâ revelatione. Priori modo vel secundum naturam hominis rectam, vel secundum corruptam.

§. 14.

Nam si initio consideres essentiam hominis & existentiam quâ animal est, ad eandem stirpem omnes homines referuntur.

runt originem, eodem modo propagantur, nascuntur, moriuntur, naturæ superflua in sceditatem conversa ejiciunt, fortunæ ludibrio omnes sunt obnoxii &c.

§. 15.

Sed hæc quidem *æqualitas naturalis* ferè homini cum bestis est communis, nullamque adeò ex se regulam vitæ producere apta, unde magis huc facit *æqualitas juris*, & quæ sunt *homines*, quod nimirum omnes, quantumvis animi, corporis aut fortunæ bonis antecellant alios, non minus tamen juris naturalis officia adversus illos exercere debeant, ac ipsi ab illis eadem expectant, nec plus licentiæ ipsis concedatur alios injuriâ afficiendi; quod item illi qui carent abundantia bonorum corporis, fortunæ, ac animi, non sint deterioris conditionis circa frustionem communis juris quam alii.

§. 16.

Quodsi insuper *statum hominis corruptum* spectemus, deprehendemus insuper *æqualitatem malitiæ*, quæ homines adulti æquè pollent viribus alios lædendi, & ipsis damnum inferendi, si non violentia, saltem dolo & fraude.

§. 17.

## §. 17.

Cave tamen hanc ultimam æqualitatem hinc principaliter consideres, quod fecit Hobesius, cum potius debeat occupare locum appendicis.

## §. 18.

Inter Christianos verò huc omninò facit à lumine Scripturæ dependens æqualitas Christianismi, quod v. gr. amici DEI non nobilitate, potentia, aut opibus, sed pietatis sinceritate, ad quam omnes æque tenentur, æstimari debeant, ac in extremo judicio, præmiisque ac pœnis postumis nulla sit ratio habenda eorum, quibus in vitâ humanâ mortales præ aliis se efferunt.

## §. 19.

Ex his itaque quas hæctenus diximus æqualitatibus, potissimum verò ex æqualitate juris oritur *præceptum generale*, officia, omnium hominum inter se dirigens. **ALIUM HOMINEM TAN-  
QVAM ÆQVE HOMINEM TRA-  
CTA.**

## §. 20.

Esse verò hoc præceptum in ista classe *generale*, non solum ostendent conclusio-  
nes

nes reliquorum exinde deducendorum, sed maximopere probat effectum Salvatoris, summam legis officia erga alios dirigentis hanc esse docentis. *Diliges proximum tuum sicut te ipsam.*

§. 21.

Unde quemadmodum cum hac Christi formulâ nostra ferè coincidit, ita affines utriusque sunt aliæ ejusdem periphrales, puta: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*, item *Quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur*, quamvis non sint ita evidentes, & posterius hoc in jure Romano multò usurpetur angustius.

§. 22.

Non confundere autem cum eâ, quam hætenus exposuimus, æqualitate debemus *æqualitatem libertatis seu potestatis*, per quam hætenus omnes homines naturaliter ita æquales intelliguntur, quod citra antegressum factum aut pactum humanum nemo potestatis quid in alterum habeat, sed quilibet suarum actionum & virtutum sit moderator.

§. 23.

Hæc enim æqualitas non est inter omnes

Dd

mnes



omnes homines, sed eos saltem qui vivunt in statu naturali.

## §. 24.

Ei vero opposita *inaequalitas*, etsi inter eos potissimum deprehendatur, quos jam suprâ vivere diximus in statu civili, non tamen omnis post civitates demum fuit introducta, sed ex parte provenit à statu patrum familiâs, civitates antegresso, ut infra suo loco demonstrabitur.

## §. 25.

Hinc suâ sponte fluit, quod præceptum nostrum etiam inter eos, qui quoad libertatem inæquales sunt, obtineat, sunt enim & hi æquæ homines inter se.

## §. 26.

*l. l. c. l. §. 110. et 111.* Id tamen notandum, præceptum nostrum inter eos, qui in statu naturali vivunt, plerumque mutuò producere jus perfectum, inter eos autem, qui vivunt in statu Civili, illos, qui imperium habent, obligare saltem imperfectè.

## §. 27.

Quin & in statu civili officia civium inter se ex hoc præcepto propullulantia sæpius ab imperante pro diversitate utilitatis Reip, limitari solent.

## §. 28.

§. 28.

Ut igitur eò melius intelligas, quid per præceptum de custodiendâ æqualitate hic inculcetur, resolvemus idem in præcepta *quatuor specialia*, duo negativa, duo affirmativa.

§. 29.

Scilicet is æqualitatem observat, qui nec sibi plus quam alteri, nec alteri minus sibi, sed æqualia utrobique tribuit.

§. 30.

Itaque *primum negativum* præceptum inculcat, ne mihi plus tribuam alteri, quod fit per *superbiam*.

§. 31.

*Alterum negativum* vult, ut ne alteri minus tribuam, quod fit per *lesionem*.

§. 32.

*Primum affirmativum*, ut alteri æqualia exhibeam citra pactum, quod fit per *officia humanitatis*.

§. 33.

*Secundum*, ut alteri æqualia præstem post pactum, quod fit *servando promissa*.  
De singulis seorsim.

CAPUT. III.

De Vitanda superbia.

§. 1.

IN primo itaque præcepto negativo:  
**VITA SUPERBIAM**, initio ex dictis  
 facile cognosci potest, quid sit *superbia*.  
 Nam sensus præcepti nostri est. Ut ne  
 quis, cui peculiare jus non est *quantum*,  
 plus sibi quam reliquis arroget, sed alios  
 æquo secum jure frui permittat.

§. 2.

Ergo *superbia* est vitium, quo quis sibi  
 sine justa causa plus tribuit aliis.

§. 3.

Ut enim illi ad societatem quam ma-  
 xime sunt idonei, qui facile eadem om-  
 nibus permittunt, ita plane infociabiles  
 sunt, qui dum aliis se superiores existi-  
 mant, omnia licere sibi solis volunt, om-  
 nia sibi ignoscunt, nihil aliis remittunt,  
 & ante cæteros honorem sibi arrogat,  
 partemque præcipuam ex rebus in me-  
 dio positis, ubi nullo præ reliquis jure  
 eximio pollent, lapidibus asperis & an-  
 gulosis ad ædificia incommodis omnino  
 similes.

§. 4.

## §. 4.

Exerit vero superbia in homine se dupliciter, vel *absque*, vel *cum contemptu* aliorum signis exterioribus, factis, verbis, vultu, risu, dono, pictura &c. declarato.

## §. 5.

Utraque, sed potissimum tamen prior vel rationibus quibusdam nititur & *prætextibus*, non iustis quidem, sed saltem plausibilibus, à virtutibus corporis & ingenii, item honore & divitiis desumptis, vel de quidem prætextus allegare potest.

## §. 6.

Differunt hæc superbiæ species gradibus. *Quæ* prætextus habet, *insumum* gradum obtinet; hominesque non reddit plane infociabiles, ac sæpius cæteris paribus inter homines excusationem præbet, quam posses ad eò distinctionis gratiâ nominare *superbiam simpliciter*.

## §. 7.

*Quæ* rationibus omnibus caret, *medio* loco est posita, quando quis cum nihil cogitet sibi inesse meriti, propter quod æstimetur, gloriam in usurpatione putat

54 LIB. II. CAP. III. DE VITANDA SUPER-  
tat consistere, quasi qui illius sibi plus ar-  
rogent, ejusdem quoque plus habeant.

§. 8.

Hoc vitium tam absurdum est, ut vix  
credibile sit, dari qui ita se prostituerent,  
ni multi essent assentatores, qui vanâ suâ  
laude hebetiores in istanc superbiam pro-  
pellant. Nam & per se stultum est, pro-  
pter nihil se magni aestimare, & alios om-  
nes pro stultis habet, qui credit, quod  
ipsum citrà rationem sint aestimaturi.

§. 9.

Igitur non facile excusationem præ-  
bet ut prior species, neque tamen inter  
homines poena in eandem statuta, cum  
sibi magis quam aliis noceant, qui hoc  
vicio affecti sunt. Unde miseratione po-  
tius digni videntur, quam indignatione,  
& risum magis aliorum cient quam i-  
ram. Hinc & sæpius aliorum delecta-  
tioni inserviunt. Posses adeo hoc genus  
vocare *stultam superbiam*.

§. 10.

Sed quæ insuper alios contempnit, in-  
juria intolerabilis est, quia per eam alio-  
rum animi asperius in iras ac ulciscendi  
libidinem concitantur, adeo ut multi de-  
prehendantur, qui vitam malint præsen-  
ti

ti periculo exponere, multo magis pacem adversus alios abrumpere, quam contumeliam multam pati. Quippe cum per hanc alter intendat violare gloriam & existimationem, cujus integritate & vigore omnis animi voluptas constat.

## §. II.

Quapropter, uti hæc superbia, justam belli causam præbet, ita in Civitate justis pœnis coercetur. Accedit enim quã proximè ad læsionem præcepti sequentis, & à gentibus communiter peculiaris delicti, *contumelia vel injuria* nomen ipsi est impositum.

## §. 12.

Posses verò *contumeliam*, abstrahendo à legibus civilibus non incommode distingvere in eam, quæ fit *absque exprobratione defectus* alicujus in altero, ut si quis variis vultus, manuum, & aliis membrorum corporis figuris alteri illudat; vel quæ alteri *defectus quosdam*, vel verbis vel factis, puta habitu, pictura &c. *exprobrat*.

## §. 13.

Posterior hæc vel exprobrat alteri *defectus naturales* vel *vitia moralia*.

## §. 14.

Differunt hæc tres species item gradibus, prima *gravis*, altera *gravior* est, tertia *gravisissima*,

## §. 15.

Simul patet vulnerationem, verberationem, occisionem, cum non famam & gloriam per se impetant, magis pertinere ad cap. sequens.

## §. 16.

Quod vero eadem à Jctis Romanis ad *Injuriam* relatæ fuerint, fortè exinde factum est, quod damni per hæc facta dati in libero homine æstimatio non esset ordinaria, adeoque non videretur quadrare ad actionem Legis Aquiliæ, veram rerum & communem æstimationem intendentis. Retulerunt ergo ad actionem injuriarum, in quâ quoniam existimationis tanquam boni extra commercium positi quasi æstimatio permitteretur actori, non videbatur in conveniens si simile quid concederetur actori in bono sanitatis & integritatis membrorum læsis.

## §. 17.

Ex dictis etiam colligitur, meritò exploden-

plodendam illam sententiam, ex Græcis antiquis haustam, quæ quidam homines naturâ serâ statuuntur, id quod adversâ fronte cum æqualitate hominum naturali & tranquillitate communi pugnat, quatenus ii, qui se naturali liberos & sapientes arbitrantur, in servos naturâ tantquam stupidos & barbaros imperium prætendunt.

## §. 18.

Opposita superbiæ est *humilitas*, semper veræ generositati comes, quæ consistit in reflexione, quam facimus super infirmitate naturæ nostræ & erroribus, quos olim potuimus commisisse aut deinceps poterimus committere, qui non minores sunt iis, qui ab aliis committi possunt.

## §. 19.

Per hanc enim efficitur, ut nos nemini præferamus, reputantes, cæteros æquè benè suo libero arbitrio ac nos uti posse, cum eo æquè polleant. Hujus enim legitimus usus unicum illud est, quod homo pro suo reputare possit, & quo se estimare aut despiciere queat.



## CAPUT. IV.

## De non lædendis aliis

&amp; de damno dato resarciendo.

## §. 1.

*Alterum præceptum negativum, quod ex statu humanitatis & præcepto de custodia æqualitatis profluit, est: NEMINEM LÆDE.*

## §. 2.

*Est hoc præceptum uti ambitu suo latissimum, ita observatum facilimum, quoniam & maxime necessarium, quod citra illud socialis hominum vita nullo modo consistere queat.*

## §. 3.

*Cæterum læsionis vox est ambigua. Denotat enim i. denegationem juris cujuscumque, alteri debiti etiam ex obligatione imperfecta, qui tamen significatus est abusivus.*

## §. 4.

*2. Sumitur pro denegatione juris perfecti, tam ex pacto denegantis nobis debiti, quam sine eo; ita in contractibus læsio intercedere dicitur.*

## §. 5

## §. 5.

3. Pro denegatione juris tantum absque pacto ejus qui me lædit debiti, siue hæc denegatio intendat læsionem bonorum, quæ regulariter vi injusta auferri nequeunt, qualis est honor & existimatio mea, siue eorum, quæ læsioni injustæ etiam sunt obnoxia: ita me lædit, qui me contumelia afficit.

## §. 6.

4. Pro læsione bonorum saltem posterius generis, siue hæc sint bona corporis, siue bona fortunæ; Ita vulneratio læsi est.

## §. 7.

5. Denique pro læsione saltem bonorum fortune v. gr. quando quis pecudem meam interficit, res alias corrumpit aut eas furto aufert.

## §. 8.

Primus significatus huc non spectat, non solum quia abusivus est, sed & quia quærimus hic speciale aliquod præceptum non generale, tum quia magis spectat ad caput sequens.

## §. 9.

Neque secundus significatus est hujus loci, læsio enim, quæ in contractibus inter

ter cedit, pertinet ad præceptum de fide servanda.

§. 10.

*Tertium* vero ab hoc capite alienum esse ostendunt ea, quæ diximus capite præcedenti.

§. 11.

Igitur succedit *quartus*; qui proprie huc pertinet. Unde sensus præcepti nostri est. *Non corrumpas aut auferas alterius bonum corporis vel fortune, quod extra tuum pactum possides, neve eum in usum ejusdem impedias.*

§. 12.

Notanter dico, quod extra tuum pactum possides. Mutantur enim hoc præcepto non illa tantum, quæ immediate nobis ipsa natura concessit, uti est vita, corpus, membra, pudicitia, libertas, sed & idem præceptum se diffundit ad omnia instituta & conventiones, quibus aliquid homini acquiritur, ut sunt regulariter divitiæ, modo non debeantur præcise ex conventionibus lædentis.

§. 13.

Sed cuius nunc erit significatus *quintus*? Illum addidi propter *Legem Aquilæ*

*am Romanorum, quæ respiciebat ad solas divitias? Cur non & ad reliqua corporis bona, item ad pudicitiam, ex dictis capite præcedenti liquet.*

§. 14.

Ex læsione vero *damnum* oritur, quod adeo hoc loco est *carentia boni alicujus ob alterius factum jure destitutum.*

§. 15.

Uti autem omnia præcepta negativa sub se comprehendunt affirmativa, ita & consequens præcepti nostri est: **DAMNUM DATUM RESARCI.**

§. 16.

Si enim ubi de facto quis læsus fuerit, *damnum* ipsi gratis sit devorandum & qui læsit, fructu suæ injuriæ securè & extra refusionem gaudere queat, vanum & omnino inutile foret præceptum de non lædendis aliis.

§. 17.

Sed *damnum* varias distinctiones recipit. Est enim 1. vel *positivum*, cum alicui aufero quod jam ejus est, ut si furtum committo, aut ædes ejus comburo; vel *privativum* quando intercipio lucrum, quod justè sperabat.

§. 18.

## §. 18.

2 *Dammum vel cum lucro ladentis conjunctum est, ut in furto, vel non est conjunctum, ut in combustione ædium.*

## §. 19.

3 *Dammum datur vel directo in ipsare, vel per consequentiam v. gr. in fructibus rei, &c.*

## §. 20.

4 *Datur vel dolo seu ex proæresi, vel culpa five ex omissione diligentiae debitæ.*

## §. 21.

Et quidem 5 *vel facto commissionis, ut in furto, item si ignem supponam rei alienæ, vel facto omissionis, ut si ignem non extingvam, aut muniam, cum hæc facere debuisssem.*

## §. 22.

6 *Quoad factum commissionis, vel lædo alterum immediate per meum corpus, ut si manu alterius rem rumpam aut lacerem, vel mediantibus aut causis naturalibus, ut si gladio, fuste, igne rem alterius perdam, aut hominibus, ut si per emissarios ipsum lædi curem.*

## §. 23.

Unde 7. *Dammum do vel solus vel ut cause socia.*

## §. 24.

## §. 24.

8. *Eaqve vel ut principalis vel minus principalis, vel aqve principalis.*

## §. 25.

Omnia hæc damna hujus loci sunt & in præcepto de damno dato resarciendo includuntur.

## §. 26.

Cujus adeo sensus est: *Ut de damno quocunqve modo ex his dato, læso, vel per restitutionem ipsius rei, vel, si hæc fieri nequit, ejus estimationis cum omni interesse. satisfiat.*

## §. 27.

Unde simul patet, nova differentia ab actione Legis Aquilia. Hæc enim non coercet damnum *privatum*, nisi per consequentiam, hoc est, quatenus damnum positivum præsupponit.

## §. 28.

Deinde nec datur ob damnum *quod cum lucro lædentis est conjunctum*. Ibi enim jam læso peculiari actione erat prospectum, furti puta, vi bonorum raptorum, inderdicto unde vi &c.

## §. 29.

Porro, ut ad nostri præcepti sententiam recedamus, *de damno quod per consequentiam datur*, in specie notandum, illius

lius æstimationem tum demum præstendam si probabiliter valde bonum, quod peto, alias fuisset consecutus. Unde servo ab alio herede instituto, eoqve, testatore vivente, ab alio interfecto, occisordomino non præstabit æstimationem hereditatis, præstare vero venebitur si mortuo testatore id fecerit.

§. 30.

Similiter hic considerandum est, an non damnum per consequentiam magis potius culpa annumerandum sit. Unde regulariter, qui furtum frumenti fecit, domino pretium servorum, ablato frumento fame necatorum, restituere non erit obligatus.

§. 31.

Utriusque requisiti defectus fortè in isto exemplo latet, si piscator retibus ablatis simul petat æstimationem piscium, quos interim, si retia non fuissent ablata, capere poterat.

§. 32.

Cum vero damnum malitia & dolo datum est, insuper is, qui in statu naturali vivit, ad cautionem læso præstendam, in statu civili ad poenam à principe patendam est obligatus.

§. 33. In

## §. 33.

In statu tamen naturali & hoc casu ultro resarcitionem offerenti & veniam petenti ea erit concedenda.

## §. 34.

Si *culpa* datum damnum ei, cui ex contractu non obligor, quæcunque culpa mea fuerit, resarciendum erit damnum.

## §. 35.

Quod si rem ex contractu detineam, tum illam saltem culpam præsto, quam natura contractus fert. Unde si in re depositâ per negligentiam damnum dem, non tenebor, modo eâdem negligentia simul perdita fuerit res mea.

## §. 36.

Accuratè enim loquendo, factum hoc meum tum non est culpa, quia in deposito majorem diligentiam alienis rebus non adhibereteneor, quam adhibeo rebus meis.

## §. 37.

*Casus* autem, hoc est, si nec ex proæresi damnum datum sit, neque per omissionem diligentia debitæ, non præsta-

Ee

tur



tur, sed hunc, ut in proverbio est, sentit dominus.

## §. 38.

Unde non opus erit limitationem Doctorum addere, quod teneat præstare casum, quem culpa mea, vel dolus præcessit, ut si rem apud me depositam invito Domino aliunde transferam, eaque à latronibus mihi auferatur. Hic enim non casu, sed culpa meâ domino rei damnum datur, non enim debuisssem rem depositam aliò transferre.

## §. 39.

Quod si tamen pauper à locuplete per casum fortuitum sit læsus, liberalitati ipsius congruum erit, miserum aliquo beneficio solari. Sed hæc obligatio pertinet ad caput sequens.

## §. 40.

Ut verò quis teneatur ad damnum refarciendum tanquam *causa socia*, necesse est, ut revera causa damni fuerit, & momentum attulerit ad totum damnum aut ejus partem.

## §. 41.

Igitur ubi quis ad ipsum actum, quo damnum fuit datum, realis aliquid operæ

ræ non contulit, neque, ut iste suscipere-  
retur, antecedenter effecit, neque in  
partem emolumenti venit, is licet occa-  
sione istius actus aliquo peccato obstrin-  
gatur, ad restitutionem tamen damni  
non tenebitur. Huc pertinent qui v.  
gr. alienis malis lætantur, qui perpetra-  
tum damnum *laudant, excusant*, qui an-  
tequam fiat, *optant*, dum fit, *favent* aut  
*assentantur*.

## §. 42.

Ex his, qui in impari gradu damnum  
dederunt, *primò* ad damnum refarcien-  
dum obligantur illi, qui principaliter id  
produxerunt, *bis deficientibus* ii qui con-  
currerunt.

## §. 43.

Adeoqve *primò* loco tenentur, qui *im-  
perio* aut alio modo ad necessitatem ac-  
cedente ad factum impulerunt. *Patra-  
tor facinoris*, cui ministerium detrecta-  
re non licuit, *instrumenti* saltem ratio-  
nem habebit. Qui *citra necessitatem* ad  
facinus accessit, ipse *primò* loco tenebitur,  
tùm cæteri, qui ad facinus aliquid con-  
tulerunt.

Ee 2

§. 44.

## §. 44.

Quod si à pluribus *in eadem causarum classe* constitutis idem actus profectus fuerit, in *actibus individuis*, ut sunt incendium, perfossio aggeris & similes, singuli tenebuntur in solidum, in *dividuis*, ut fit in vulneratione, singuli pro eo quod fecerunt sunt obligati, sive utrobique cum conspiratione, sive citra eandem plures aliquod facinus perpetraverint.

## §. 45.

Si tamen ab uno illorum qui inæqualiter tenebantur, vel qui singuli obligati erant in solidum damni reparationem consecutus fuerim, reliqui liberantur, repeto enim hic rei meæ æstimationem, quam si habeo, non possum ab alio idem bis petere.

## §. 46.

Unde inter obligationem ad refarciendum *damnum*, & *poenam*, multæ intercedunt differentiæ, cum ea, quæ hæctenus diximus, in pœnis ferè se habeant aliter, ut in quibus v. gr. laudatores & assentatores delicti pœnâ coerceri possunt, & sæpius æquali pœnâ notantur, qui imparigradu *damnum* dederunt, & denique

que per pœnam unius reliqui non liberantur, de quibus suo loco.

## §. 47.

Igitur per nostrum præceptum prohibita sunt quævis crimina, quibus aliis noxa inferitur, ut sunt *caedes, vulneratio, verberatio, rapina, furtum, fraus, vis*, item suo modo, & quatenus *pueritia* læditur, ac maritus alienæ proles educatione oneratur, *stuprum & adulterium*. Etsi ex dictis facile ratio dari possit, cur pleraque horum non coerceat lex Aquilia.

## §. 48.

*Homicida* justas tenetur impensas in medicos factas, & iis, quibus alimenta debebantur à defuncto, spem alimentorum solvere; Lucri verò, quod occisus facere poterat, si vixisset tanquam omnino incerti, hic non habenda erit ratio, uti nec vitæ in libero homine, bene tamen in seruo.

## §. 49.

*Qui mutilavit*, similiter tenebitur ad impensas in vulnus curandum factas, & æstimationem ejus, quod jam, qui mutilatus est, minus lucrari potest; quam & hic, si accuratè velis loqui, abs-

Ee 3

trahen-

trahendo à legibus civilibus, non tam lucrum futurum tanquam res incerta æstimari debeat, quam alimenta læso per vulnerationem, ne ipse in posterum de his sibi prospicere possit, impedito, supeditari:

## §. 50.

*Adulter & adultera* indemnem debent præstare maritum, de alendâ prole adulterinâ, non tamen ut puto legitimis liberis rependere, si quod damnum patiuntur ex concursu ita susceptæ sobolis ad hæreditatem, etiamsi abstrahamus à dispositione legum civilium, circa successione liberorum ad ulterinorum, in bonis parentum; quia partim hoc damnum non sentiunt ab adultero, sed à voluntate parentum, partim, quia ita liberis legitimis saltem intercipitur lucrum futurum, maximam partem incertum.

## §. 51.

*Qui virginem imminuit*, vi aut fraude, tenetur ei rependere, quanti minoris jam ipsi defloratæ valet spes nuptiarum, quod fit, si aut ducat aut dotet. Quæ ultrò in meram libidinem consensit, habet

bet quod sibi imputet. Quod si quis virginem pactione matrimonii ad concubitum pellexerit, non ducere quidem eam tenebitur, sed in statu naturali jam duxit.

## §. 52.

*Fur & raptor* tenentur rem subtractam reddere, cum suo incremento naturali & cum sequente damno & cessante lucro probabili, etiamsi pœnam insuper furti aut rapinæ nomine cogantur sustinere.

## §. 53.

De Damnis insuper à *servis* vel *animantibus nostris* datis, citra culpam nostram, leges Romanæ *actiones noxales* dabant; quæ, etsi ex nostro præcepto non fluant, propterea tamen pro meris inventis juris civilis non erunt habendæ, sed nituntur omnino æquitate de præstandis officiis humanitatis. De quibus statim

## CAPUT V.

## De promiscuis officiis

## Humanitatis.

**T**ertium præceptum speciale ex statu humanitatis & lege de custodiendâ

æqualitate descendens, inter duo *affirmativa* verò *primum* est; ALTERIUS HOMINIS UTILITATEM, QUANTUM COMMODE POTES, PROMOVE.

## §. 2.

Socialitati enim in totum non satisfacit, qui tantum abstinere à læsione alterius, & ne alteri malè sit, sed tum demum vita beata est & tranquilla, si procuremus mutuo, ut nobis sit bene.

## §. 3.

In specie verò *custodia equalitatis* hominem huc ducit. Cum enim homo desideret non solum ea, sine quibus subsistere non possit, sed & aliis opus habeat, ut commode vitam transigat, ea verò sine ope aliorum consequi nequeat, neque aliquorum saltem, sed indistinctè quorumlibet, etiam yilium alias, operæ indigere possit; peccaret in æqualitatem, si non ipse etiam, quod ab aliis indistinctè postulat, aliis indistinctè iterum præstare sit paratus.

## §. 4.

Retuli verò hoc præceptum inter *absoluta*. Neque te turbet, quod pleræque quæstiones speciales præsupponant

distin-

distinctionem dominiorum, omnis autem obligatio distinctionem dominiorum sequens, ut infra docebimus, pertineat ad præcepta hypothetica.

## §. 5.

Quicquid enim hujus sit, id tamen certum est, præceptum nostrum quoad primam originem, in *statu post lapsum etiam, ante distinctionem dominiorum* habuisse locum, ut adeo subsequatâ dominiorum distinctione novæ quidem conclusiones accesserint, sed ex iisdem tamen principiis ut antè deducendæ.

## §. 6.

Nimirum promovetur alterius commoditas *vel re meâ, vel operis meis.*

## §. 7.

His quidem vel *intuitu rerum ejus, ut scilicet operis meis vel augeantur, vel conserventur.*

## §. 8.

Vel *sine respectu ad res ejusdem, partim ut succurram ipsi adversus injurias aliorum, partim ut subsidia feram ipsi, in corrigendis defectibus propriis.*

## §. 9.

Sunt autem defectus illi *vel corporis, ut*

Ee 5

consilia



consilia suppeditem sustentandi sanitatem ejusdem; vel *animi*, ut ea quæ nescit doceam, aut aliis modis imperfectionibus *intellectus* ejus succurram, tum a peccatis eum avocem, aut si peccatum sit, amice emendem.

§. 10.

Jam facile patet, officia hæc humanitatis, quando commoditas alterius operis meis sine respectu ad res ejusdem promovetur, etiam ante distinctionem dominiorum habuisse usum.

§. 11.

In *statu itaque post lapsum* semper & fuit & est hujus præcepti usus fertilissimus. Cæterum utrum & in *statu integritatis* locum vindicasset sibi, non ita facile definietur.

§. 12.

Nam quod attinet officia, quibus alteri remeâ aut operis meis ad conservandas & augendas res ejus proprias succurro, illa exulascent, credo a *statu*, in quo ob summam amicitiam nil nisi communio perpetua erat futura, ut infra demonstrabitur fusius.

§. 13.

## §. 13.

Reliqua vero, quibus alteri absque intuitu rerum succurro, officia, ut ex exemplis modo allatis patet, præsupponunt imperfectionem physicam, aut moralem, vel in eo cui officia præstantur, vel in aliis: quales imperfectiones in statu isto perfecto omnino abfuisse.

## §. 14.

Nisi fortè ad ejusmodi officia velis recurrere, quorum desiderium non adeo magnam imperfectionem involvit, v. gr. ut erranti viam commonstrem, ut lumen de lumine meo accendam &c. Quamvis & de his sit cogitandum ulterius.

## §. 15.

Exerit autem se præcepti nostri efficacia aliter inter eos, qui in *statu naturali* vivunt, aliter inter eos, qui degunt in *civili*.

## §. 16.

Inter illos *regulariter* producit *obligationem imperfectam* saltem, & hoc modo à reliquis præceptis omnibus differt, unde etiam, qui adversus hoc præceptum

ceptum peccat, *inhumanus*, non *injustus* dici consuevit.

## §. 17.

Cum enim hoc præceptum jubeat sæpissime, alterius utilitatem tantum, non necessitatem promovere, & talem quidem, cujus defectum, si unus nolit, facile alii possent supplere; inde non opus erat, ut singuli homines obligarentur perfecte, sed magis erat gloriosum & ad eliciendum amorem aliorum, ac declarandum amorem proprium, magis aptum ut relinqueretur pudori hominum, præstatio talium officiorum, ad quæ ab altero cogi non possent.

## §. 18.

Accedit quod in iis officiis, quæ cum labore nostro aut detrimento aliquo sunt conjuncta, non opus sit semper propriam commoditatem postponere alienæ, sed hic sæpius valeat regula vulgata: quod recta caritas incipiat à se ipsâ. Jam cum quilibet in statu naturali propriorum commodorum sit justissimus arbiter, non poterat sine turbâ totius humani generis alteri officium petenti, adversus denegantem, & ad propriam utili-

utilitatem provocantem, concedi remedium coactivum.

## §. 19.

Et quid verbis est opus? ipsa *æqualitatis custodia* inculcat, præceptum hoc regulariter non nisi imperfectè obligare. Quoniam enim ad hujusmodi officia exhibenda indistinctè omnes homines ob communem statum humanitatis obligantur, non observata fuisset æqualitas, si in causa communi absque sufficienti ratione unum indigens præ reliquis eligere & ad hæc officia exhibenda præ reliquis voluisset cogere.

## §. 20.

Cæterum hæc ita procedunt *regulariter*. Nam poterit etiam inter eos, qui in statu naturali vivunt, contingere, ut obligatio ad officia humanitatis præstanda evadat perfecta. Sed quando? Responsio in promptu est, si cessent rationes modo dictæ, quæ inefficacis obligationis causæ sunt.

## §. 21.

Inde ut *perfectè* quis obligetur, tria constituenda erunt requisita (1.) ut is qui officium humanitatis postulat, absque ejus

*ejus* consecutione sit *interiturus*, (2.) Ut non æque *ab aliis* hominibꝯ possit ea, quæ desiderat consequi, (3.) Ut is à quo officium exigitur, non sit in *pari necessitate* constitutus; Atque hoc est quod supra c. 1. §. 10. diximus, summam necessitatem officia humanitatis mutare in jus perfectum.

§. 22.

Exemplum cape. Fingamus duos Patres familias diversæ nationis, nullaque ratione particulari se attinentes, & solo humanitatis vinculo ligatos in regionem desertam per naufragium ejici, simul verò ejici res uni saltem proprias ad vitam & suam & socii sustentandam abunde sufficientes; Tum sanè hic perfectè obligabitur, socio de abundantia suâ succurrere.

§. 23.

Atque hæc de statu naturali. In *statu civili* autem ea, quæ hæctenus diximꝯ, in universum non procedunt. Sed hic quidem *superiores* ab inferioribus hæc officia jure perfecto postulant, quanquam accuratè loquendo, tum nec sint amplius officia humanitatis, quia non ex communi humanitatis statu, sed ex statu speciali sub

subjectionis, qui plerumque pactum speciale præsupponit, fluunt, & jure imperii postulantur.

## §. 24.

Quod vero *subjectos inter se relatos* attinet, retinent hæc officia eorum respectu suam naturam, ita tamen, ut imperans ob utilitatem communem possit & hic per legem ei, cui ejusmodi officia debentur, actionem in certis casibus concedere, aut alio modo debentem officia ad eorum præstationem adigere, quamvis tunc iterum nomen officiorum humanitatis amittant. c. 1. d. f.

## §. 25.

Denique quod officia humanitatis spectat, quæ *subjecti ab imperante*, quæ tali, exigunt, ea quidem naturam communem intuitu obligationis imperfectæ retinent, sed in eo tamen à reliquis officiis imperantis non differunt, cum subjectis, quæ talibus, adversus imperantes, nulla planè potestas cogendi competat.

## §. 26.

Haecenus de officiis humanitatis in genere. *Divisionem* eorundem simul tradidimus supra, sed obiter & tanquam aliud agendo d. 6. § 99.

agendo. Distinctiorem meditationem meretur alia, priori illi non multum ab-  
 similis. Officia humanitatis exhibentur  
 vel *indefinitè*, & sine respectu ad certos  
 homines, vel *definitè*, certis hominibus  
 utilitatem procurando.

## §. 27.

*Indefinitè* aliorum commodum pro-  
 motum it, qui animam ac corpus probè  
 excolit, ut utiles abs se actiones in alios  
 proficisci queant, aut si per solertiam in-  
 genii talia inveniat, quibus vita humana  
 reddatur instructior.

## §. 28.

Unde contrà hoc officium *peccant*, qui  
 nullam artem honestam addiscunt, ani-  
 mamque pro sale habent, ne putrescant,  
 numerus tantum & fruges consumere  
 nati, & id farinæ alia otiosa terræ ponde-  
 ra.

## §. 29.

Vicissim illis, qui de mortalium gene-  
 re benè mereri instituunt, cæteri hoc  
*debent*, ut ipsis ne invideant, nec præ-  
 claris eorundum conatibus remoram in-  
 jiciant. Tum, si alia non sit via, paria  
 cum ipsis faciendi, saltem celebritatem  
 me-

memoriæ, famæque eorum, qui præcipuus laborum fructus est, promotum cant.

## §. 30.

Definitè aliorum utilitati infervimûs vel absque detrimento aut molestiâ nostrâ, vel cum impensâ aut operâ laboriosâ. Illud vulgari humanitas dicitur, hoc beneficium.

## §. 31.

Quod vulgarem humanitatem concernit, id axioma de eâ venit notandum: *Qui eam denegat alteri vel invidet, insigniter malus & inhumanus habetur.*

## §. 32.

Cujus est sensus, quod eo ipso se reddat indignum, cui officia humanitatis iterum exhibeantur.

## §. 33.

Cave tamen putes, dum vocem insignis malitiæ audis, ac si propterea in statu naturali extrâ casum necessitatis, ab eo, cui vulgarem humanitatem negavit, quis possit bello peti; hoc enim repugnat iis, quæ de officiis humanitatis in genere docuimus modo, etsi, ut iterum



ex dictis patet, in civitate ejusmodi inhumanitas pœnis cœreri possit.

## §. 34.

Quæ verò sic præstantur officia, vocari solent *res innoxie utilitatis*, quæ sunt: erranti comiter monstrare viam; lumen alteri de suo lumine accendere; concedere haustum aquæ, integram rem, quam solus consumere nequeo, relinquere aliis &c.

## §. 35.

Ab his observationibus dependet definitio variarum *controversiarum*, à scriptoribus Juris Naturalis passim agitarum. (I.) de *transitu* per nostrum territorium, tam terrestre, quam maritimum. De hominibus singulis, & paucis, fere non est dubium, quod eis ex justa causa transitum petentibus illum denegare velle maxime inhumanum sit. De magno exercitu, aut aliis *majoribus copiis*, res non caret controversiâ.

## §. 36.

Videtur tamen hic subtiliter magis quam utiliter disputari. Nam exempla in hac quæstione adducta casus referunt, necessitatem summam haud præsupponentes

nentes. Ergo, etiam si in illis transitus petentibus inhumaniter fuisset denegatus, modo denegationi non addita esset contumelia, nullam ei habuissent belligerandi causam.

## §. 37.

At nec inhumanitatis denegantes poterunt argui, si præendant, non innoxium sibi fore hunc transitum; eum cautiones, quas communiter hic suppeditant, non sint sufficientes.

## §. 38.

Similis est ratio II. *transitus mercium alienarum per terras nostras*, nisi sint ad vitam sustentandam summe necessariorum. Hoc enim casu, si quis eum denegat, iure belli parari poterit.

## §. 39.

Alia est ratio *juris stapulae*, vi cuius etiam citra necessitatem summam sine læsione humanitatis transeuntes adigi possunt, ut sistantur in terra nostra &c.

## §. 40.

III. Quod *vectigalia*, eorumque justitiam attinet, ratio in aprico est, cum ex mercibus, quæ terræ sibi inire transvehuntur, aliquid vectigalis posse exigi,

Et 2

neque

neque obscura est ratio vectigalium in fluminibus exigi solitorum. Sed in fretis difficilior est inspectio.

## §. 41.

Nam quamvis & pro his rationes non omnino contemnendæ possint afferri, fatendum tamen, esse ejusmodi vectigal maritimum reliquis longe odiosius, ad eoque moderate & citra avaritiam tractandum esse; ac præterea facile unum vel alterum tales afferre rationes posse, unde se ab isto vectigali exemptum prætendat.

## §. 42.

Illos vero indistincte pro inhumanis habere nequeo, qui IV. prætervehentibus *accessionem ad littus*, & commorationem ibidem denegant, aut V. peregrinos *admittere* & hospitio comiter excipere nolunt, si modo similia à peregrinis non petant ipsi. Possunt enim utrobique adesse non contemnendæ denegati accessus rationes.

## §. 43.

Multo magis VI. inhumanitatis indistincte accusari poterunt, qui sedibus suis *expulsi*, etiam conditiones, aquas

o non

s II

offe-

offerentes, *recipere* detrectant, quia ejusmodi receptio non est vulgaris humanitas, sed beneficium. Neque adeo ea tanquam ex jure stricto debita peti, neque territorium alienum etiam à cultura vacuum insalutato domino invadi justè poterit. §. 44.

Nec VII. officia humanitatis violasse censendus est, qui cum alio populo *commercium exercere* detrectat, sive illum ab emptione rerum suarum ipsi ad vitam non necessariarum arceat sive ab eo res emere nolit, adeoque non permittat, ut in territorio suo venum exponantur.

## §. 45.

Nec VIII. inhumani titulum meretur, qui vel cum privato, vel cum integro populo amicitiam *matrimonio*nectere non vult. Igitur sola denegatio matrimonii nunquam justa belli causa erit, nisi eidem juncta fuerit contumelia.

## §. 46.

Id verò IX. valde improbabile est, jus aliquod omnibus commune, adeoque & obligationem ad aliquid omnibus præstandum oriri ex suppositione, si quid *promiscuè omnibus externis indulgeatur;*

tum enim si unus ab hac indulgentia excludatur, ei contumeliam fieri. Non negandum tamen, consultius esse, si in juremodi denegatione rationes addantur, vel certè denegationis verba ita temperentur, ut nulla sub iis contumelia latere possit.

§. 47.

*Beneficium* est, si quis ex singulari benevolentia & propensione, vel ex propria generositate, vel ex singulari affectu, vel ex commiseratione conditionis alienæ, gratis quid in alterum conferat, impensâ aut opera laboriosa constans, quo ipsius necessitatibus subveniatur, aut insignis quæpiam utilitas eidem concilietur.

§. 48.

Quæ verò in dispensatione beneficiorum tum intuitu dantis, & accipientis, tum intuitu modi aut aliarum circumstantiarum observanda sint, & ab aliis jam fusius traditum est, & propter nimiam circumstantiarum varietatem exactis regulis determinari nequit.

§. 49.

Uti verò homines ad humanitatis officia exhibenda mutuo generatim sunt obli-

obligati, ita major obligationis gradus est in eo, cui non vulgaris humanitas, sed beneficium est exhibitum. Vocatur enim hæc præstatio in specie *gratitudo*, quæ adeò beneficio ex adverso respondet.

## §. 50.

Est autem *gratitudo*, cum is qui beneficium accepit, ostendit, istud sibi acceptum fuisse, dantiqve eam ob causam favet, & occasionem quærit, paria reponendi aut amplius, quantum ejus fieri potest.

## §. 51.

Hujus virtutis tanta est *necessitas*, ut si absque ea foret, omnis tolleretur inter homines beneficentia & fiducia, unaqve omnis benevolentia, neqve esset inter eos quicquam gratuitæ opis, nec ullum gratiæ conciliandæ initium.

## §. 52.

Unde etsi in animo *ingrato* per se nulla sit injuria, fœdius tamen; & magis detestabile habetur nomen ingrati, quam injusti, cum quis ne beneficiis quidem, quæ etiam bruta demulcent, moveri potest ad concipiendum humanitatis sensum.

Ff 4

§. 53.

## §. 53.

Est autem *ingratitude* duplex. *simplex* una, quæ denegat saltem officia humanitatis, altera *pregnans*, quæ insuper beneficium lædit.

## 54.

*Simplex* vel denegat officia humanitatis vulgaria, vel beneficia. Illam *eminentem* vocabimus; hanc *vulgarem*.

## §. 55.

*Pregnans* ingratitude uti causam belli præbet, ita nullum est dubium, quin in civitate pariat actionem. Vel potius actionem jam competentem aggravat.

## §. 56.

De *simplici*, quæ belli causa non est, quæritur, an ob eam actio dari possit? Non facile concedendam esse arbitror. Concedi tamen posse, imò & apud quosdam populos concessam fuisse, non est dubium.

## §. 57.

Scilicet si *simplex* ista ingratitude sit *eminens*, in vulgari enim & hoc vix procedet.

## §. 58.

Sed & id notes, si occasione eminentis in-

ingratitude actio concedatur, tunc exhibitionem officiorum humanitatis vulgarium benefico factam amittere nomen gratitudinis.

## CAP. VI.

De Officio Paciscen-  
tium,

## §. 1.

**Q**uartum præceptum speciale ex statu humanitatis descendens, & ex affirmativis secundum est, FIDEM IN PROMISSIONE DATAM SERVA.

## §. 2.

*Necessarium* fuisse, pacta inter homines oriri, inde liquet quod officia humanitatis, & eorum præstatio ad illa omnia, quæ homines ab se invicem utiliter expectare possunt accommodari nequeat, ob conditionem partim ejus, qui utilitatem exhibere debebat, partim hujus, qui eam expetit, partim rei, quæ desideratur. Accedit, quod, si in statu corrupto



rupto semel bellum inter homines ortum sit, non nisi per promissiones id iterum componi possit.

## §. 3.

Cum verò maximè eum in finem in-  
eantur pacta, ut quis alterum sibi per-  
fectè obliget, quem alias ex solo capite  
de præstandis officiis humanitatis im-  
perfectè obligatum habebat, & porrò  
indefinite cum quibusvis hominibus  
pacta ineamus; perspicuum est, & *tran-*  
*quillitatem generis humani*, & in specie *cu-*  
*stodiam aequalitatis* postulare, ut fides da-  
ta in pactis servetur.

## §. 4.

*Pactum* est duorum in idem placitum  
dedando aliquo vel faciendo consensus.

## §. 5.

Estque vel *gratuitum*, cum unus dun-  
taxat se obstringit, vel *mutuum*, cum  
uterque.

## §. 6.

*Causa* proxima constituendi pactum  
est *consensus*, isque mutuus, etiamsi ipsum  
pactum non sit mutuum.

## §. 7.

Vocatur autem ex parte ejus, qui se  
obstrin-

LIB. II. CAP. VI. DE OFFICIO 91  
obstringit, *promissio*, ex parte alterius,  
*acceptatio*.

§. 8.

*Promissio* est vel *perfecta* vel *imperfecta*.

§. 9.

*Perfecta* est declaratio voluntatis, quod alteri ita obligari velim, ut ipsi liceat rem *promissam* tanquam debitam à me exigere.

§. 10.

*Imperfecta* est declaratio voluntatis, quod alteri velim obligari, ita tamen ut ipsi non liceat debitum à me exigere, quales sunt *promissiones patronorum*.

§. 11.

Cum neutra harum confundenda est *nuda assertio*, quando declaro alteri meam voluntatem, quam in præsenti habeo, de commodis ejus promovendis, ita tamen, ut ne quidem ad perseverantiam me obligare velim, quæ huc planè non pertinet.

§. 12.

Ut itaque *promissio* ad eliciendam obligationem requiritur, quia citra eam par non potest parvis invitum libertatem restringere

gere, ita nec sine *acceptatione* pactum est, quia nemo invito vult rem suam obtrudere.

## §. 13.

Quod si itaque *acceptatio* non sequatur, juri promittentis in rem oblatam nihil decedit, quia paciscens rem suam non vult pro derelicto habere.

## §. 14.

Quod si rogatio antecessit, censetur ea durare, nisi expresse fuerit revocata, eoque casu *in antecessum* *acceptatio* facta intelligitur.

## §. 15.

Modo tamen rogationi respondeat oblatio. Nam si hæc rogationem vel excedat, vel ab eâ deficiat, expressa requiritur *acceptatio*, quia sæpissimè mihi non consulitur, nisi tantundem, quantum rogavi, accepero.

## §. 16.

Idque in promissis mutuis fere non habet dubium. Sed putamus, idem etiam dicendum esse in gratuitis, quamvis dissentiant leges Romanæ, in congruâ ratione, quod major summa contineat minorem.

## §. 17.

## §. 17.

Declaratur autem ab utroque voluntas vel *verbis vel factis*. Unde consensus, & intuitu hujus, pactum, dividitur in *expressum & tacitum*.

## §. 18.

*Expressum* non est difficile, nempe ubi consensus verbis constat. Sed de *tacito* distinctius procedendum.

## §. 19.

Nimirum quamvis consensus tacitus sit ille, qui factis declaratur, ac apud Scriptores ferè Synonymicè supponantur *consensus tacitus & presumptus*, reverà tamen post leges Romanas *presumptus* consensus à *tacito* differt, adeoque nobis horum duorum confusio eo magis vitanda erit, quo minus communiter solet evitari.

## §. 20.

Scilicet *facta licita*, quibus utuntur homines, vel *sunt signa*, communi quasi consensu humani generis recepta, ad declarandam voluntatem nostram, ita ut si quis ratione utens factum istud audiat, statim inferat, me aliud quid certum ac determinatum hoc facto indicare voluisse.

se; vel *non sunt signa* communi consensu humani generis ad declarandam voluntatem recepta, æquitas tamen naturalis vult, ut obligatio ista facta concomitetur vel ea sequatur.

## §. 21.

Qui factis prioris generis nititur consensus; *parius* est, qui posterioris generis factum præsupponit, consensus *præsumtus* in legibus Romanis dicitur, ideo videlicet, quia quilibet civis bonus præsumitur consentire regulis æquitatis naturalis.

## §. 22.

Ita *nutus* ostendit assensum tacitum, & *redditio chirographi* declarat, cæteris paribus, quod velim debitori donare debitum. Ita *postulatio cibi & potus* ab hospite diversorii infert consensum tacitum, quod velim pretium cibi solvere.

## §. 23.

Contra *negotiorum gestia*, *hereditates aditio*, & in genere omnia facta, quæ in quasi contractibus Legum Romanarum præsupponuntur, directo non inferunt consensum ad solvenda *damna domino negotii data*, ad præstanda *legata legatariis*

tariis &c. Sed regulæ tamen æqvitatîs naturalis, à Legibus civilibus corroboratæ, hic faciunt consensum præsumtum.

## §. 24.

Differt adeò ultra dicta consensus præsumtus & tacitus *i. ratione persona*; Qui suam voluntatem expressè declarare nequit, ille nec tacitè. Ita furiosi nutus, redditio chirographi, postulatio cibi, modo dictos effectûs non producet.

## §. 25.

At ex consensu præsumto obligantur etiam furiosi, v. gr. quorum negotia gesta sunt.

## §. 26.

Nempe 2. consensus tacitus obligat *saltem eos*, qui consensum factis declarant, at præsumtus etiam illos ligat, qui nullum factum adhibuerunt; ita obligatur in genere dominus negotii ad reddendas impensas gestori etiam ignorans negotium geri.

## §. 27.

Porro in *relatione consensus utriusque* ad consensum expressum ingens est differentia. De tacito hæc est regula: *Quod*  
*ties constat de consensu expresso, contrario,*  
*toties*

*toties frustra querimus de tacito: Ratio est, quia verba sunt signa ordinaria declarandi voluntatem suam, facta vero extraordinaria vel subsidia.*

## §. 28.

Ita si dixerim, me nolle assentiri, nolle debitum tibi donare, nolle, hospiti cibi pretium solvere, nulla erit efficacia nuptiarum, redditionis chirographi, postulationis cibi.

## §. 29.

Alia longe ratio est consensus presumpti. Etiam si negotiorum gestor, etiam si heres initio statim vel coram notario & testibus protestentur sollemnissime, se nolle ex negotiorum gestione vel hereditatis aditione obligari, frustranea erit hæc declaratio expressa, ut adeo huc potissimum spectet axioma vulgatum *Protestatio facto contraria nihil operatur.*

## §. 30.

Vides itaque 4. ex consensu presumpti obligari etiam invitos, ex tacito non nisi volentes.

## §. 31.

Unde 5. In consensu presumpto, obligatio immediate venit ex lege, in tacito, *lan*  
*mediante*

*mediante* consensu obligationem operabitur.

## §. 32.

Breviter 6. Tacitus consensus est *veri consensus species*. Consensus præsumtus est consensus improprie dictus. Hinc & in Jure Romano ex consensu tacito oriuntur etiam veri contractus, ex præsumto saltem quasi contractus.

## §. 33.

Non tamen putabis, distinctionem hætenus ostensam solum in jure Romano habere locum, hætenus enim spectaret saltem ad jurisprudentiam humanam. Exercet quippe & in jurisprudentia divinâ se passim ejusdem usus, potissimum infra, cum de officiis liberorum erga parentes dispiciemus.

## §. 34.

Igitur, qui voluntate carent, promittere nequeunt. Tales sunt *infantes, furiosi, mente capti & summe ebrii*.

## §. 35.

Nec obstat, quod ebrii obligentur ex delictis, saltem ad aliquam pœnam. Illa enim obligatio, ut suo loco dicemus, venit immediate ex lege, & stringit etiam

Gg

invitos



invitos, at obligatio hujus capituli patet tanquam conditionem sine qua non requirit.

## §. 36.

Et quidem furor atque ebrietas facilius possunt ostendi, sed quousque duret *infantia*, in universum regulis accurate determinari nequit. Unde non sine ratione hæc determinatio relinquitur legi civili, cui & simul incumbit prospicere adolescentibus infantiam majoribus de rectoribus voluntatis nondum bene formatæ.

## §. 37.

Cæterum consensus quasi duæ sunt partes, *intellectus* & *voluntas*. *Intellectui* opponitur *error* & *dolus*, ille est quando rem ignoro (latè enim hic accipitur, ut ignorantiam sub se comprehendat) vel aliter se habere puto absque fallacia alterius; *dolus* est, quando error meus oritur ex fallaciâ alterius, vel certe hæc errori meo est conjuncta.

## §. 38.

De efficacia *erroris* in contractibus intricatam quæstionem fecerunt leges Romanæ, partim quod de hæc materiâ, quotidiana

tidianâ quâvis, non sub peculiari titulo fuerit ex arte tractatum, sed regulæ de eo sub variis capitibus negligenter sparsæ fuerint; partim etiam quod jurisconfulti, ex quibus Pandectæ sunt compositæ, frequenter à se dissenserint. Unde tot distinctiones inter errorem circa personas & objectum contractus, tum inter materiam rei & ejus formam de quâ contractus initus, item, si res ex duabus materiis constet, utrum hæ materiæ sint per confusionem quasi unitæ an separatim existant, vel facillè separari possint, denique inter essentielle pacti & ejus accidentalia &c.

## §. 39.

Quemadmodum autem jam non est hujus loci explicare Jus Romanum, ita abstrahendo à Legibus civilibus, putem æquitati naturali convenientissimum esse, si in materia promissorum repetamus regulam jam supra inculcatam: *Errorem in dubio semper nocere debere erranti.* l. c. 1. §. 71.

## §. 40.

Cum enim in promissionibus quilibet sensa animi sui alteri declarare debeat, causa verò contrahendi, objectum item,

Gg 2

de

de quo contrahitur, & persona, cum quâ contraho, ad naturam pactorum in genere nihil faciant, nulla subest causa, cur alteri error meus, ad quem ille nec dolo nec culpâ concurrat, magis imputari debeat, quam mihi. Accedit, quod, si error meus alteri præjudicaret, facile daretur occasio ad reservationes mentales, quæ, ut ab aliis fufius deductum, turbant omnia pacta atque promiffiones.

## §. 41.

Limito tamen dictum axioma, nisi circumstantia illa, in qua erravi, expresse promiffio per modum conditionis fuerit adjecta. Tum enim alter, cum quo pactus sum, justam de me conquerendi occasionem non habet.

## §. 42.

Distingvi equidem ab eruditis in hac materiâ solet inter promiffa gratuita & pacta mutua. De promiffis gratuitis hæc formatur regula: Ubi in promiffione aliquid tanquam conditionem supposuerim, citrà cujus intuitum promiffurus non fueram, naturaliter promiffionis nulla erit vis, quia promiffor confenserit non absolute, sed sub conditione, quâ non apparente, promiffio nulla fit.

## §. 43.

## §. 43.

Sed si promissor hanc conditionem mente retinuerit, nos quidem putamus, sibi eum imputare debere, cur non expresserit. Unde, etiamsi ego falso nuncio fuerim persuasus, mea negotia abs te bene fuisse gesta, eoque nomine tibi quid promiserim, meteneri puto, ubi falsum id deprehendero. Modo tuus dolus non concurrerit ad eliciendum meum promissum. Tunc enim casus planè huc non pertineret.

## §. 44.

Sicut nec huc pertinet casus de milite, qui falso accepto nuncio de morte filiorum, in testamento extraneum heredem instituit, quoniam ultimarum voluntatum quoad interpretationem alia est ratio, quam promissionum.

## §. 45.

In *promissis mutuis* distingvitur, utrum ad *paciscendum* quis per errorem fuerit motus, an error *circa rem* de qua pactum initum est versetur. Circa *præ* itidem dispiciendum esse, an res adhuc sit integra, hoc est, utrum nihil adhuc ex contractu sit *præstitum*, an minus, si v. gr.

Gg 3

jam

jam res promissa fuerit exhibita. *Illocasu æquum esse, ut facultas pœnitendi mihi concedatur, præsertim ubi præmetulero, quæ me causa ad paciscendum impellat. Re verò non integra errantem rescissionem negotii non posse urgere, nisi quantum alter ex humanitate velit indulgere.*

## §. 46.

Nos contra, *et si res sit integra, errantem pœnitere non posse arbitramur, v. gr. si Patrifamiliàs falsus nuncius afferatur, eqvos ipsius domi periisse, idque ille præse ferens, hoc est, venditori narrans, aliosemat, etiamsi hic emtor ante traditionem eqvorum & solutionem nuncium falsum deprehendat, contractum servare debebit. Fuit enim narratio ista de causa impulsivâ contractus, quæ, nisi per modum conditionis inferatur pacto, est extrâ negotium. Nam poterit paterfamiliàs eqvos emere tam qui jam alios habet, quam qui non habet.*

## §. 47.

Quod verò ultimo affertur, si error in promisso mutuo contigerit *circa ipsam rem, de quâ convenitur, pactum vitari non*

nontam ob errorem, quam quia legibus pacti non fuerit satisfactum, paululum obscurius dicitur, cum non constet, quomodo istæ leges pacti, quæ hic afferuntur, ab errore sint distinctæ.

## §. 48.

Neque opus videtur hæc observatione ad definienda exempla ejus gratia adducta. Verum est, si professus sum, me servum emere coqvendi peritum, & traditus mihi fuerit etiam citra culpam venditoris coqvendi imperitus, vanus est contractus; aut si ab altero Davum emi, & is citra culpam Syrum mihi exhibuit. Sed hic in promptu causa est, quia circumstantia, in qua fuit erratum, promisso per modum conditionis fuit inserta.

## §. 49.

Pergamus ad *dolum*. Ubi distingvendum erit: an ab eo, quocum contraximus, dolus fuerit adhibitus, an à tertio. Posteriori casu negotium erit firmum, tertius verò dolum adhibens nobis tenebitur ad interesse. Priori in arbitrio deceptierit utrum promissum, siue gratuitum, siue mutuum, velit pro nullo

Gg 4

decla-

declarari, utrum salvo manente promissio  
læsionis pensationem exigere.

§. 50.

Neque distingvimus, an *dolus causans*  
*dederit* contractui, an fuerit *incidens*. Nam  
hæc distinctio inventum est juris Ro-  
mani, ad ostendendam ex parte diffe-  
rentiam inter contractus bonæ fidei &  
stricti juris, quæ & ipsa divisio à jurispru-  
dentiâ naturali ignoratur.

§. 51.

Accedit quod jure Romano læsus, si  
dolus incideret, non poterat contra-  
ctum nullum declarare.

§. 52.

*Voluntati* opponitur *violentia & metus*.  
Ut per meram *violentiam* quis cogi possit  
ad promittendum, vix concipi potest in  
promissione prolatis. Non enim ut  
membra exteriora per violentiam pos-  
sunt trahi invita ad aliquid perpetrân-  
dum, sic & voces possunt extorqueri  
invito. At si quis me per vim cogat ad  
scribendum, aut v. gr. violenter caput  
meum inclinet, promissum haud dubie  
erit nullum, ex regulis generalibus de  
actionum moralium principio.

§. 53.

## §. 53.

*Metus* duobus modis considerari potest. Initio quatenus accipitur pro *suspitione* probabili, fore ut ab altero decipiamur, vel propter habitum ejus vitiosum, vel propter declarationem pravæ voluntatis in negotio præsentis factam. De hoc sequentes observa regulas.

## §. 54.

Si ejusmodi *metus* adfuit tempore promissi, imprudenter feci, quod promissi; promissum tamen nec irritum est, nec sub hoc prætextu rescindi potest.

## §. 55.

Quod si ejusmodi *metum* post promissum ex indiciis sufficientibus, vel novis vel antea mihi incognitis, suscipiam, non prius ad præstandum adigi potero, quam contra eam deceptionem mihi ab altero idoneè cautum fit.

## §. 56.

Altera species *metus* est *vehemens animi terror* ortus ex intentato gravi malo, ni promissum aut pactum inire velimus.

## §. 57.

Quem si incusserit *tertius*, valebunt pacta

Gg 5



facta propter hunc metum removen-  
dum cum alio inita.

§. 58.

Quin & si *tertio inferatur* metus inju-  
stus, ego verò miserationis gratia, ejus  
intuitu metum inferenti quid promise-  
rim, valebit promissio.

§. 59.

Quod si *is, cui promitto*, metu ad pro-  
mittendum me adegerit, siquidem *pro*  
*imperio* in me competente id fecerit, rur-  
sus valebit promissio.

§. 60.

Sed si *vi omnino injusta* is, cui nullum  
in me competit imperium, promissum  
extorserit, utrum obligatio sequatur pro-  
missum, gravis quæstio est.

§ 61.

Alii enim *obligationem oriri* arbitran-  
tur, quoniam metus non tollat omnem  
consensum, sed metum incutientem ta-  
men *esse obligatum ad rem restituendam*,  
quoniam per incussionem metus in me  
deliquit.

62.

A quibus parum abest sententia *juri,*  
*Romani*, concedentis ei, qui metum in-  
tule,

tulerat, actionem, sed exceptione quod metus causa elidendam.

§. 63.

Alii obligationem nullam oriri opinantur, tum quod in pactis ex solo consensu meo obligatio non nascatur, ubi alter per jus naturæ prohibeatur acceptare, tum quod, si quæ sit obligatio, illa quasi per compensationem cum eâ obligatione, quæ est in metum incutiente, ut mihi de illatâ injuriâ satisfaciat, quasi pensari debeat.

§. 64.

Alii denique eum qui metu incusso promittit, *firmiter obligari* arbitrantur, quia jus naturæ, dicitur pacta esse servanda. Neque ob stare rationes modo dictas. Eum enim qui metum incutit, etiam jure destituatur, metum incutiendi, non tamen destitui jure promissum meum acceptandi, adeoque obligationi meæ respondere jus ipsius, quod ex ipso pacto meo acceperat. Deinde nec compensationem posse habere locum, cum præsumendum sit, eum qui latroni v. gr. centum promittit, simul tacite renunciasse juri, quod habebat adversus latronem,

ex

exlæsione orto, ad petendam satisfactio-  
nem, ne aliàs pactum nullam afferat ipsi  
utilitatem.

## §. 65.

In his sententiarum divortiis *prima* e-  
quidem se omninò non probat, quoniam  
merâ & inutili subtilitate nititur, apud  
Romanos verò maximam partem ad  
discernenda officia prætoris & Judicis  
pedanei erat recepta, quamvis & eo  
jure notum sit effatum JCr̄i celebris, ni-  
hil interesse, ipso jure quis actionem non  
habeat, an ope exceptionis elidatur.

## §. 66.

Inter reliquas verò duas arridet *me-  
dia*. Scilicet jam suprà diximus, pacta  
per se non producere obligationem, sed  
esse saltem medium vel causam sine quâ  
non obligandi, obligationem verò o-  
mnem vim accipere à lege. Jam quæ  
lex vim & metum alteri incutere vetat,  
illa prohibet etiam metum facienti, ne  
ex illâ metus incussione jus acquirat, ne-  
que præsumenda est, promittentem  
obstringere velle in favorem ejus, qui  
contra legem delinquit. Unde jam fa-  
cile

cile responderi poterit rationibus sententiae *tertia*,

§. 67.

Ut tamen eò melius intelligatur nervus sententiae nostrae; requirimus 1. ut moraliter certum sit, eum, qui metum incussit, *non habuisse* jus id faciendi 2. ut sit metus *periculi praesentis*, & quod cadit in virum constantem, quodque aliter nisi per promissum evitari non potest. 3. Ut promissum metu initum cessante metu non sit *ratihabitum*, vel per verba expressa, vel per facta consensum subsequentem inferentia.

§. 68.

Quibus ita positis facile jam inferre licet, nos loqui de illis promissis, quae fiunt v. gr. 1. *latroni* 2. *quò tali* 3. *durante metu*. Si enim cum latrone *citra metum periculi praesentis*, vel hoc periculo cessante contrahas, nullum est dubium, quin obligatio oriatur, propter defectum requisiti secundi & tertii.

§. 69.

Quod si cum eo, qui te *in bello* vincit, pactus fuisti, obligaberis, non tam quia saepe cessat requisitum secundum, sed

sed maxime propter defectum requisiti primi. Etsi enim victus v. gr. persuasus sit de justitia armorum suorum, moraliter tamen certum istud dicitur, quod & aliis possit ostendi, cum non esse & non apparere hic fere pro Synonymis habeantur.

## §. 70.

Nunquam vero vincens carebit prætextibus speciem aliquam justitiæ habentibus, inque suas partes alias gentes trahentibus. Unde cum inter eos, quæ pares sunt, Justitia & injustitia non sunt remedia apta ad definiendas controversias, bellum tanquam remedium extraordinarium ad reducendam pacem est inventum, in quo belligerantes quasi per compromissum alicæ belli arbitrium committunt.

## §. 71.

Quod tamen compromissum non tantum à consensu eorum tacito, quam à præsumpto dependet, & à necessitate legis naturalis. Ni enim per pacta ejusmodi finiretur bellum, turbaretur socialitas & tranquillitas generis humani in perpetuum; quid? quod facile ex bello duorum

orum possit exiri successu temporis bellum omnium contra omnes.

## §. 72.

Neque illud tamen diffidendum erit, eum qui bello ab altero petitus ad pacificam disceptationem sese obtulerit, & bellum deprecatus sit, si ad iniquas pacis conditiones adigatur, nullo jure prohiberi, quò minus paci nondum impletæ, exceptionem metus opponat, aut post occasione datâ reparationem injuriæ quærat. Ubi tamen cautè erit procedendum, ut videlicet istæ pacis conditiones ita sint iniquæ, ut quasi palpari possint, tum & ut reliqua duo, quæ modo posuimus, requisita adsint.

## §. 73.

Sed quid jam facimus de *perduellis*, quibus sæpius à principibus ad tollenda bella civilia promittitur vel impunitas, vel ultra impunitatem adhuc alia quædam. Sanè communiter malè audiunt principes pactorum fidè violantes; cum tamen hæud dubiè causa perduellium sit injusta & palpabilis quidem, quoniam sæpius diximus, in societate inæquali inferiorem nunquam habere jus cogendi  
su-

superiorem per bellum, etsi ab eo injuriâ sit affectus.

## §. 74.

Sed prompta est responsio: dissimilem causam esse *latronis & perduellis*. Ille ne minimum quidem prætextum juris afferre poterit. At perduellis plerumque injuriam à principe vel sibi vel rei publicæ factam prætextit; adeoque sæpius non omni jure destituitur, sed in modo exercendi jus suum solum excedit. Adde, quod sæpius non liqveat, utrum status sit purè monarchicus, aut utrum potius saltem modus administrandi monarchicus sit; quo pacto non erit evidens definire, uter ex belligerantibus in ejusmodi bello sit superior, uter inferior.

## §. 75.

Huc forte respexit *Cicero*, dum statuit prædonibus pactum pro capite pretium, si non afferas nullam subesse fraudem, subjiciens. *Nam pirata non est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium. Cum hoc non fides esse debet, non jusjurandum commune. Sed de jurejurando quidem infra suo loco.*

## §. 76.

## §. 76.

Quod si tamen hæc ratio sola non placeat, addere poteris, plerumque in eiusmodi promissionibus, quæ fiunt perduellibus, non adesse metum periculi præsentis, quod in virum constantem cadat, sed subesse Martem adhuc dubium &c.

## §. 77.

Unde putarem, si perduellis regem suum, nullo præcedente bello, vi subitâ invadat, eumque metu mortis vel simili ad paciscendum adigat, non magis ex hoc promisso obligationem produci, atque ex promissione, quæ piratæ fiebat, Hactenus de consensu.

## §. 78.

Promitti verò possunt solum ea, quæ sunt in *nostris viribus* & in nostro arbitrio, idque quoniam promissio tendit ad producendam obligationem, quæ in genere hoc axioma præsupponit.

## §. 79.

Fluit ex dictis I. Quod nemo per promissionem se obligare *possit ad impossibile*.  
 Qui enim talia promittit, & qui ea ac-  
 Hh ceptat



ceptat, uterq; signa edit non sanæ mentis, sed summæ stoliditatis.

## §. 80.

Modo tamen non is, cui promittitur, ignoraverit, rem esse promittenti impossibilem, promissor verò rem extra suam potestatem esse sciverit.

## §. 81.

Sunt enim quædam *impossibilia omnibus* hominibus, ut volare, digito cælum tangere; quædam *impossibilia aliquibus* saltem, ut generare, dare mille vel centum &c. In horum ergo ultimis dicta limitatio locum sibi vindicabit.

## §. 82.

Quinimo neq; promissor ab omni obligatione liberabitur, qui rem promisit *possibilem*, quæ postea vel per dolum aut culpam promittentis, vel etiam per casum facta fuit *impossibilis*; quamvis pro diversitate culpæ aut casus obligatio variet.

## §. 83.

Unde non in universum procedit, sed multis limitationibus est obnoxia sententia Hobbesii, *pacta non ad rem ipsam, sed ad summum duntaxat conatum obligare.*

## §. 84.

§. 84. *Utrum verò ad impossibilia sit referendum, si quis promittat, quod non potest resistere mortem & vulnera inferenti? commodius infra, ubi de poenis erit agendum, dispiciemus.*

## §. 85.

¶ Nemo se obligare poterit per pactum ad rem legibus prohibitam. Cum enim Legislator non velit contraria, & verò iam actum aliquem determinaverit, non poterit sine contradictione approbare contrariam determinationem paciscentium. Igitur eiusmodi res etiam non sint ultra vires naturales paciscentium, sunt tamen extra ipsorum arbitrium.

## §. 86.

¶ Quia propter non solum re utrobique integra neuter adimplendum promissa de re turpi factum tenebitur, sed & turpi facinore ab altero patrato, promissor non tenebitur ad mercedem solvendam, aut indemnitatem præstandam.

## §. 87.

Sed si mercedem rei turpis jam dederis, siue adimpletum istud fuerit, siue minus,

non poteris eandem repetere ab accipiente, quia in pari causa potior est conditio possidentis, & promissor propriam hic allegat turpitudinem.

§. 88.

Modo non fit turpitudinis solius accipientis, etiam abstrahendo à legibus Romanis, quippe tum rationes modo positæ cessant.

§. 89.

III. Nemo promittere potest res alienas. Hæ enim partim non sunt arbitrio nostro subjectæ, partim in viribus nostris situm non est, eas præstare.

§. 90.

Scilicet non valet promissio de re alienæ datione, non tamen respuunt eæ omnes contractus, ubi de earum administratione, custodiâ etiam, usu & similibus disponitur.

§. 91.

IV. Eadem est ratio *actionum alienarum*, quæ nostræ directioni non sunt subjectæ. Quod si enim subjectæ fuerint, suo modo in materia pactorum æquiparantur nostris.

§. 92.

## §. 92.

Qui igitur factum alienum promittit, non obligabitur, nisi circumstantiæ ostendant, sensum promissionis esse, quod velit *operam dare*, ut alter promissa præstet, ubi tenebitur omni modo moraliter possibili laborare, ut promissum adimpleatur.

## §. 93.

Quod si planè *effecturum* se, ut tertius mihi quid præstet promiserit, ferè ad præstationem interesse, si tertius cessaverit, se obligasse censebitur.

## §. 94.

V. Denique nec super actionibus aut rebus nostris, circa quas *alteri jam fuit jus quasitum*, validè pacisci possumus. Sunt enim nostro arbitrio jam exemptæ.

## §. 95.

Nisi fortè in eum casum, *ubi alterius jus expiraverit*. Modò non intuitu promittentis turpe sit ejusmodi casum optare. Hinc valebit equidem mercenarii promissio alteri facta sub conditione, si tempus quo se alii addixerat, finitum fuerit, aut locatio ædium nostrarum in casum præsentis locationis finitæ. Sed

Hh 3

pro.

promissio subjectionis in casum, si Respublica cui quis jam est obligatus, vel bello civili pessum detur, vel alio modo intereat pro turpi, habebitur.

§. 96.

Unde non sine causa apud Christianos principes pacta ejusmodi conditionata de matrimonio ineundo, quæ conjux vivente conjuge iniit, nulla declarantur; pœnis insuper in ejusmodi paciscentes constitutis.

§. 97.

Eò pertinet, quod Jure Romano non valerent promissa liberi hominis, & rei publicæ sub conditione, si ille servus aut hæc privata futura esset.

§. 98.

Sequitur *modus* promittendi, qui quidem vel fit *purè*, vel *in diem*, vel *sub conditione*. Illa statim tribuit *jus perfectum*, ista *imperfectum*, donec dies advenerit, hæc ante conditionis existentiam ne quidem *jus imperfectum*, sed *spem* saltem debitum iri ad id suffecturam, ut ante conditionis eventum promissor non possit recedere.

§. 99.

## §. 99.

Differentia igitur inter modos promittendi posteriores in eo potissimum se exeret. Quod qui ex errore ante existentiam conditionis debitum solverit, id ut indebitum possit repetere; non iste qui solvit ante diem.

## §. 100.

Ratione verò conceptuum differt dies & conditio, quod *dies* sit tempus futurum, quod certum est, quod & quando extitutum sit, vel minimū ubi certum est, quod sit extitutum. *Conditio* vero, ubi vel utrumq; vel certè ipsa existentia est incerta.

## §. 101.

Est igitur *promissio sub conditione facta*, ubi validitas promissionis confertur in eventum, à casu specialiter adjecto pendentem.

## §. 102.

Unde conditiones propriè dictæ non sunt; quæ omnibus promissionibus, etiam paris *tacitè* insunt, v. gr. dabo tibi centum, si vis major me non impediit, si mundus adhuc stabit &c.

## §. 103.

Item conditiones ad tempus *presens* vel *preteritum* se referentes, nisi harum

Hh 4

tacitus

tacitus sit sensus ; si probatum fuerit id quod ad tempus præsens vel præteritum refertur.

§. 104.

Tùm conditiones *necessariò* extituræ, v. gr. si cras erit dies.

§. 105.

Et, cum contrariorum eadem sit ratio, conditiones *impossibiles* etiam non erunt veræ conditiones.

§. 106.

In eo tamen inter has & conditiones reliquas improprias est differentia, quod illæ plerumque faciant promissum purum, in impossibili autem conditione eadem, quæ supra de promissione impossibilium diximus, habeant locum.

§. 107.

Neque distingvimus inter promissa & *ultimas voluntates*, si a dispositione legum civilium abstrahamus, etsi hæ non iniquè constituerint eas in ultimis voluntatibus haberi pro non adjectis ; ne videlicet per actus nullum eventum fortituros, hominibus illudatur.

§. 108.

*Turpes* verò conditiones, cum ab eventu

ventu incerto dependeant, pro impropriis conditionibus haberi non possunt, neque adeo sunt species impossibilium, ut communiter interpretes legum civilium, ob non rectè intellectam legem pandectarum, volunt. Quamvis & hic quoad effectum eadem sint repetenda, quæ jam de promissionibus rei illicitæ notavimus.

## §. 109.

*Possibilis* igitur esse debet conditio. Hanc verò iterum uno ore juris civilis doctores in *potestativam*, *casualem*, atque *mixtam* subdividunt. Quæ tamen distinctio vereor ut citra jus civile magnum usum sit allatura.

## §. 110.

Uti enim ostendimus alibi, *mixtam* & *potestativam* etiam ex intentione Veterum Jurisconsultorum parum differre, ita differentiæ quæ inter *casualem* & *potestativam* referuntur, partim à mera subtilitate dependent, partim ad regulam respiciunt, quod *potestativa* babeatur pro *adimpleta*, si per *promissarium* non steterit quò minus *adimpleatur*.

Hh 5

§. III.



## §. III.

Sed hoc axioma non solum quoad speciales applicationes apud JCtos Romanos multis limitationibus est obnoxium, quin & diffusui notabili dedit occasionem, sed etiam abstrahendo à legibus civilibus vix procedet, cum ex aliis circumstantiis dijudicari hic debeat, utrum promissor adjiciendo conditionem potestativam primario ad voluntatem promissarii respexerit, an ad casum, qui ferè semper ejusmodi conditionibus admixtus est. Nam si casum respexerit, axioma istud non habebit locum.

## §. II2.

Quod si conditio non à mero arbitrio promissoris suspendatur, sed à casu, qui & ipse ex parte promittentis voluntatem præsupponit, tunc obligatio orietur, si casus iste extiterit, neque tamen indistinctè tenebitur promissor facere, quicquid moraliter æquum est ut illa impleatur.

## §. II3.

Solet & *locus* promissionibus adjici, quæ adjectio etiam jus tamdiu imperfectum producit, donec tantum temporis

ris elapsum fuerit, quo commode possit pervenire ad illum locum.

## §. 114.

Pertinet etiam ad modos promittendi, quod promittamus vel ipsi vel per alios homines, quos velut internuncios voluntatis nostræ & interpretes esse volumus. Jctorum stylo *mandatarii* & *procuratores* appellantur.

## §. 115.

Hi igitur si *bonâ fide* egerint, neque *fructus mandati* manifestos excefferint, firmiter nosius, cum quibus nostro nomine pacti sunt, obligant.

## §. 116.

Non confundendi tamen sunt hic *ministri*, quos elegi, ut meo nomine promittant. cum iis qui adhibiti sunt, ut promissionem saltem significant, quales sunt *v. gr. tabellarii*, quibus literæ voluntatis nostræ interpretes fuere traditæ. *Minister* enim si moriatur antequam ei ad quem destinabatur, voluntatem nostram significaverit, *revocare* possumus promissum, etiam si jam alter à tertio de voluntate nostrâ certior factus promissum acceptaverit. Non ita, si *tabellario*

lario mortuo epistolam ab alio fuerit nactus.

§. 117.

Addunt & alteram differentiam. Si tabellario usus sim, revocationem meam valere, si promissum revocem antequam ab altero acceptatum fuerit, etsi revocatio tabellario non innotuerit; At si mandatario, irritam esse revocationem, nisi revocatio etiam mandatario ipsi innotuerit.

§. 118.

Mihi verò hic varii casus videntur discernendi. Potissimum an revocatio directa sit ad mandatarium, an ad eum cui sit promissio? utrum hæc revocatio ante acceptationem innotuerit ei, cum quo negotium est contrahendum, annon?

§. 119.

Similiter in quæstione alia: *An nomine alterius, à quo nullum mandatum habeo, acceptare possim promissum?* Sola illa distinctio, an ita promissum sit: promitto *te* esse me Sejo daturum; an ita: promitto *tibi*, me Sejo daturum; scrupulos omnes non videtur tolleré. Sed in posteriori casu omnino videtur distingvendum esse

esse, an ejus, cui promissio eo modo facta est, interfit tertio dari an minus? Quam distinctionem neque Jcti Romani neglexerunt.

## §. 120.

Illud verò minus dubii habet; si promissarius moriatur antequam promissionem acceptaverit, *acceptationem non fieri posse me invito ab ejus heredibus*, et si id quidem certum sit, contrahentes regulariter heredibus etiam præsumi voluisse prospicere.

## §. 121.

Sequitur *divisio pactorum*. Passiva, & quæ crucem fixit Jctis Romanis pariter ac eorum interpretibus, est illa, dum pactum dividitur in *pactum* strictè dictum & *contractum*. Sed cum utraqve species dominiorum distinctionem & rerum pretia præsupponant, differenda erit de hâc divisione inspectio inferius.

## CAP. VII.

De Officio Hominis  
circa Sermonem.

## §. I. Per-

PERduxit nos ordo ad præcepta *hypothetica*, quæ non tantum ideo sic dicuntur, quod præsupponant ex parte jam pacta & leges de fide servanda eadem concomitantes, sed vel maxime, quod ex præcepto generali de custodienda hominum æqualitate & quatuor ejus rivulis, tanquam theses ex hypothesei facili negotio deduci possint.

§. 2. *De officio*

Igitur non miraberis, si in sequentibus non solum hujus, sed & reliquorum capitulum, ubi rationes axiomatum erunt reddendæ, sæpius brevissimis digitum ad præcedentia intendero, vel etiam præcepta illa quatuor saltem ad conclusiones speciales applicuero. Simul vero in singulis capitibus speciatim ad singulorum negotiorum quæ ibi tractabuntur finem potissimum respiciam, quoniam iste in moralibus maximum momentum affert.

§. 3. *Sermo* vero quod attinet, pauca de ejus definitione & origine erunt præ-

mitten-

mittenda, antequam de officio hominum sermocinantium præcepta tradamus.

§. 4. *Sermo est vox articulata, quâ homines sibi invicem sensa animi significant & inter se ratiocinantur.*

§. 5. *Appellatur autem sermo vox articulata, ut tam à voce in genere, quam sono distingvatur. Sonus quippe est, quicquid ab auribus ex quorumcunque corporum collisione percipitur: Vox est sonus ab animalibus quibusvis editus: Sermo est vox hominum propria. Bestiis autem ut plurimum vox inarticulata, rarissime articulata, vel potius aliquid inter articulatam & inarticulatam medio, ut psittacis &c. competit. Sermo verò semper articulatus est.*

§. 6. *Illam differentiam omitto, quod vox fit signum jucundi & molesti, sermo verò insuper etiam utilis ac damnosus, honesti itidem ac turpis; quoniam latet jam in differentia præcedenti, quamvis bonum utile vel hic planè omitti, vel ad vocem etiam extendere malim.*

§. 7.

## §. 7.

Igitur sermo solis hominibus competit, quæ bestiis contradistingvuntur, & ratione utuntur vel ipso Aristotele consentiente. Notabilia sunt verba Ciceronis. *Natura vi rationis hominem conciliat homini, & ad orationis & ad vitæ societatem.* Item: *Societatis vinculum est ratio & oratio, quæ docendo, discendo, communicando, disceptando, judicando conciliat inter se homines, conjungitque naturali quodam societate.*

## §. 8.

Vides hic *rationem, sermonem, societatem* à Cicerone conjungi. Rem magis illustrabunt ea, quæ suprâ circa expositionem socialitatis differuimus.

## §. 9.

Ipsè Gentium Doctor Paulus dum Ephesios à mendacio avocat, & veritatem iis inculcat, nullam aliam adducit rationem, quàm, *quod homines invicem membra sint*, non physica haud dubiè, sed moralia ac socialia.

## §. 10.

Igitur cum *sermonis finis primarius* sit, ut homines ratiocinentur inter se, ratio-

cina-

cinatio verò requirat statum tranquillum; generale etiam præceptum de officio sermocinantium erit: SERMONE ET RELIQUIS ANIMI SIGNIS UTERE AD PROMOVENDAM TRANQUILLITATEM COMMUNEM.

§. II.

Sed de hoc quidem non poterit esse dubium, & specialiora haud dubiè axiomata desideras, quæ statim dabo, si modo differentiam inter *sermonem* & *reliqua signa animi* ostendero. Ea verò in termino vocis latet.

§. 12.

Scilicet *signa rerum* sunt vel *naturalia* vel *arbitraria*. *Illa* ex naturali habitudine rerum deducuntur, atq; ad physicos & medicos pertinent. Ita fumus ignis, aurora diei, pallor morbi vel amoris &c. fuga timoris, indicia sunt.

§. 13.

*Arbitraria* sunt, quæ significant ex arbitrio hominum, eoqve non singulorum, prout seorsim considerantur, sed prout mutuo consensu eadem determinantur.



## §. 14.

Cum enim his signis omnibus intendatur, ut alterius cogitationes aliis communicentur, & verò homo hominis mentem introspicere nequeat, indicia verò mentis naturalia sint paucissima, eaque ab hominibus artis simulandi gnaris sæpissimè supprimant, non prospectum fuisset socialitati, si cuilibet pro lubitu signis significationem quamcumque imponere fuisset liberum, sed necesse fuit ut desuper per mutuum consensum homines convenirent.

## §. 15.

Sunt vero signa ista arbitraria vel communia plerisque populis, vel propria quorundam.

## §. 16.

Utraque vel à *variarum* earumque infinitarum rerum usu, vel in specie ab usu & varatione *vocis humana* petita sunt.

## §. 17.

Posteriora hæc & à *sermonis* usu orta præ reliquis ad socialitatem custodiendam *aptissima* sunt, in tantum, ut citra sermonem vix ulla aut nonnisi incultissima

simul inter homines societas, pax & disciplina foret.

## §. 18.

Et cogita saltem duos homines aliqua necessitate simul esse cogi, quorum neuter alterius linguam calleat, facilius bestiae etiam diversi generis inter se sociabuntur, quam isti, etsi sint homines. Neque proderit quicquamrad conficiendos homines tanta similitudo naturae, si sensa animi propter solam linguarum diversitatem communicare nequeant; quin libentius erit homo cum cane suo, quam cum homine alieni idiomatis.

## §. 19.

Taceo infinita incommoda, quae ex equivocatione reliquorum signorum vel diversi idiomatis non poterunt non oriri. Sic Italus calorem nimium aquae ferre non sustinens, dum suum calido frequenter ingeminat, à Balneatore Germano de frigore ipsum quæri putante affusione fervidae pene fuit exanimatus. Ita Germanus in extera provincia, quæculâ voce identes monstrans, & signo isto sedationem urgentis famis quærens, dentibus miserè fuit percussus, putante

hospite, hospitem suum laborare odontalgia.

## §. 20.

Cæterum etsi de origine Sermonis varia fabulati fuerint gentiles historiâ creationis destituti, nobis verò ex sacris literis constet primævam<sup>linguam</sup>, tanquam à Numine primis hominibus immediate fuisse infusam, quam ex ipsis geniti usu audiendi deinde didicerint, donec constructio turris Babylonicæ diversitatis lingvarum ansam dederit, in eo tamen ferè assensum præbuerunt Ethnici, sermoni non à naturâ aut intrinsecâ quâdam necessitate, sed ex *mero hominum arbitrio*, atque instituto inesse vim significandi.

## §. 21.

Nisi fortè velis excipere, quæ contra apud Platonem Cratylus disputat, vana omnino & ab aliis jam explosa prolixius.

## §. 22.

Uti verò *religiosa signa* animi *conventionis* hominum vel expressâ vel tacitâ valent, sic & *sermo* ex iisdem fontibus vim significandi habet.

## §. 23.

§. 23.

Est autem conventio ista vel *generalis*, inter integrum populum eâdem lingua utentem de rebus vulgò notis & usitatis, vel *specialis* inter artifices & eruditos de rebus populariter non cognitis, sed à communi usu remotis.

§. 24.

Quamvis verò, ut inscriptio capitis ostendit, principaliter hic de officijs circa sermonem simus acturi, dicta tamen ostendunt, dicenda etiam ad reliqua animi signa debere applicari, unde & in axiomate generali hæc sermoni junximus.

§. 25.

Inter ista duo *Literæ* quasi intermediae sunt, quæ propter & usu juris Civilis modo ad verba, modo ad facta referuntur, accedunt tamen magis ad verba & sermonem, cujus imago sunt, uti sermone mentis.

§. 26.

His præmissis *triplicem classem* facio præceptorum specialium de officio hominis circa sermonem, quarum prima actum loquendi, secunda electionem signorum, tertia convenientiam animi cum signis concernit.

## §. 27.

Quoniam enim sermo est index animi tres potissimum quæstiones inde oriuntur (1.) An animi mei sensa alteri sint indicanda (2.) An in declaratione ejus signis ab aliis inventis sit utendum (3.) An correspondere debeant signa cum animo.

## §. 28.

Procedet verò res omnium facillimè, si ad tres classes illas quatuor præcepta specialia absoluta, tum & generale hujus capituli, quod à fine sermonis petimus, applicuerimus.

## §. 29.

In primâigitur classe præceptum negativum est: TACE, SI PER LOQUELAM TVAM OFFENDANTVR ALII, AVT DAMNV M PRÆTER MERITVM INCVRRANT, AVT HVMANITAS, VEL PACTVM VEL INGENERE PAX COMMVNIS FACITVRNITATEM EXIGANT.

## §. 30.

Coerret hoc præceptum non solum injuriam verbalem, suo modo etiam *stantiam*

*Stantiam, Adulationem & Scurrilitatem, sed maximè Garrulitatem.*

§. 31.

Quæ uti omnibus vitanda, ita potissimum à ministris Reip., belli ducibus, Legatis, consiliaris &c. debet esse aliena.

§. 32.

Præceptum affirmativum primæ classis eadem inculcat. LOQVERE QUOTIES EX HUMANITATE VEL PACTO AD LOQVENDUM OBSTRICUS ES VEL TACITURNITAS DAMNUM VEL CONTEMPTVM ALTERI INFERT, AUT TRANQVILLITATEM LÆDIT.

§. 33.

Additur ab aliis. *Loqvere quoties id exigit honor divinus.* Sed quemadmodum hæc limitatio jam ex parte sub nostra regula includitur tacitè, & quatenus omnia præcepta juris naturalis honorem DEI internum tanquam principium prius præsupponunt; ita expressa hujus limitationis additione vel ideo abstinemus, quoniam ii respiciunt potissimum honorem externum & decisio-

nem quæstionis difficillimæ: *quando fidei confessio sit necessaria, quando non? cuius tanquam circulos Jurisprudentiæ transgredientis, decisionem relinquimus Theologis.*

## §. 34.

Peccant vero contra hoc præceptum, qui *pericula* reipublicæ vel concivi aut in genere proximo imminentiæ *tacent* qui informationem professi, *non sunt fideles*, qui educationi suæ concreditos *non emendant.* &c.

## §. 35.

Etsi autem in prima classe duo præcepta specialia posuerimus, in secunda tamen unico erimus contenti, eoque negativo: VOCABULA NON IN ALIA SIGNIFICATIONE ADHIBE QUAM CONVENTUM EST.

## §. 36.

*Ratio* differentię in eo fita est, quod taciturnitas si non majorem certè æqualem usum socialitati præbeat ac loquela. Aliud vero dicendum sit, si quis verbis in singulari significatione citra conventionem uti velit.

## §. 37.

§. 37.

Uti enim per singularem hanc impositionem alii facillimè lædi possunt, ac ita nullatenus promoveretur utilitas humani generis, ita potissimum, ut ex notatis patet, violatur pactum seu expressum seu tacitum, quo omnem sermonem niti diximus.

§. 38.

Scio equidem non ademptam plane esse singulis potestatem τῆ ἐνοουατοποισίῃ potissimum philosophis. Sed hanc licentiam regula nostra non tangit, quoniam & ipsa conventionem expressam vel tacitam nititur. Quousque vero licentia ista se extendat, fortè exponemus alibi distinctius.

§. 39.

Restat classis tertia. Præceptum affirmativum est: EA LOQVERE QUÆ CUM ANIMO TVO CONVENIUNT SI HUMANITAS VEL BACTVM, ET COMMVNIS TRANQVILLITAS, TALIA EXIGANT.

§. 40.

Oppositum est huic alterum negativum. FALSI LOQVIO ABSTINE QVOTIES PER ID ALTER LÆDERETVR AVT CONTEMNERETVR, ET



PAX HUMANI GENERIS TURBARĒ -  
TUR.

## §. 41.

Scilicet tum teneor alteri sensa animi indicare & convenientia cum animo meo loqui, quoties is, quo cum ago, ad *id jus perfectum* aut *imperfectum* habet; id verò fit quando unum ex quatuor istis præceptis absolutis talia exigit.

## §. 42.

quia vero sermo etiam propter nos ipsos est inventus, ideo *ubi mea aliqua non contemnenda versatur utilitas*, neque cuiusquam alterius jus læditur, licebit sermonem ita formare, ut diversum ab eo quod in animo volvo exprimat.

## §. 43.

quin & *si aliorum utilitatem intendamus*, ita dispositorum, ut vera loquendo detrimentum afferamus ipsis, licebit & hoc casu ficto coloratoque sermone uti. Nam qui alicui prodesse vult, & debet, non utique id tenetur facere eo modo quo finem suum non erat obtenturus.

## §. 44.

Nam etsi natura velit ut mentis interpret

pres

pres sit oratio; vult tamen id fieri cum prudentia & cæteris paribus, vult etiam ut sermone mutuis & communibus commodis consuatur. Atque cum hic posterior sit primarius sermonis finis, a quo alter mensuram capit, non poterit contra legem naturæ esse intentio fallendi, quæ ad hunc finem directo tendit.

§. 45.

Accedit, quod Philosophi in eo consentiant veritatem præcipere, ut verum dicendo suum cuique tribuamus: Ergo vi oppositorum non nisi illud falsum prohibet, quod fraudi est alteri eique innocenti.

§. 46.

At, inquis: *Quilibet habet perpetuam ius ne fallatur & decipiatur ab altero.* Ergo semper falsiloquium erit turpe.

§. 47.

Imo verò, quâ fronte tu hanc objectionem afferis, eadem ejus universalitatem negabo. Ad alia dissentientium argumenta respondent alii.

§. 48.

Ex dictis patet, quid propriè sit *veritas* quâ virtus est, quid item huic oppositum vitium, quod *mendacium* dicitur.

§. 49.

## §. 49.

Nempe aliud est veritas *Metaphysica*, aliud *Logica*, aliud *Ethica*. Prima est *affectio entis*, quatenus id refertur ad existentiam. Secunda *affectio propositionis*, quatenus id quod de Subjecto affirmatur vel negatur, re ipsa ita se habet citra cogitationem hominis. Unde illi opponitur *Falsitas metaphysica* affectio non entis (vel accuratius loquendo nihil opponitur veritati *Metaphysicæ*, cum non entis nulla sint prædicata) Huic verò *propositio falsa*.

## §. 50.

Cœterum uti veritas *Logica* consistit in convenientia propositionis cum re extra mentem, ita veritas *Ethica* consistit in convenientiâ signorum externorum maximè sermonis cum mente.

## §. 51.

Sed hic cave hanc *veritatem Ethicam* statim appelles *virtutem moralem*. Nam *Ethica* tractat etiam de actionibus indifferentibus, non de honestis saltem aut turpibus.

## §. 52.

Itaque tum demum hæc veritas *virtutis*

tutis nomen meretur quatenus hæc convenientia verborum cum animo, jus suum cuique tribuit. Unde & cum addito poterit appellari *veritas iustitaria*.

§. 53.

Quamvis communiter Peripathetici hoc additamentum usurpent, quo hanc virtutem distinguant à *veritate homiletica*, quam studio omittimus, quoniam non pauci commentatorum virtutes homileticas vel provirtutibus non necessariis habent, vel ornamenta potius virtutum quam virtutes appellandas esse censent.

§. 54.

In specie quod veritatem homileticam attinet, videtur magis ad virtutes *intellectus* pertinere, quam ad morales. Unde & Aristotelis iudicio jactator magis vanus (*μάταιος*) est quam malus (*κακός*).

§. 55.

Quin *jactator* quatenus vitium voluntatem afficit non tam ideo peccat quod *falsa* de se dicat (nisi quatenus ea locutio cum injuria alterius est conjuncta, ubi jam pertinet ad oppositum veritatis

tatis justitiariæ) sed quod *multa* five vera five falsa de se loquatur.

## §. 56.

Simul constat exinde, *non accuratè veritatem homileticam definiri*, quod sit virtus mediocritatem servans circa dicendum de se in conversatione communi veritatem; cum dici debuisset, eam servare mediocritatem circa loquendum de se in genere.

## §. 57.

Vel potius, *virtuti huic incongruum nomen veritatis esse impositum*, cum ejus essentia non consistat in convenientia signorum cum mente.

## §. 58.

*Veritati Ethicæ* in genere sic dictæ opponitur *falsiloquium*, quod adeo consistit in disconvenientia sermonis ab animo loquentis fallere alterum intendentis.

## §. 59.

*Veritati justitiariæ* opponitur *mendacium*, quod hoc nomen meretur, si per istam disconvenientiam & intentionem fallendi alterius jus lædatur.

## §. 60.

## §. 60.

Hinc patet *falsiloquium* & *mendacium* non esse Synonyma, Cum omne mendacium sit turpe, falsiloquium quandoque indifferens.

## §. 61.

Adeoqve illos qui omnem disconvenientiam signorum ab animo pro mendacio habent, speciei vocem improprie extendere ad genus, simulqve dum mendacium ita descriptum in univ-  
ersum pro vitio habent, male prædicare affectiones speciei de genere.

## §. 62.

Porro & inconvenientem esse locutionem, quasi *vir verax possit mendacium dicere, non mentiri*. Nam mentiri equidem & mendacium dicere Synonyma sunt. Differunt verò mendacium dicere & falsiloquium dicere.

## §. 63.

Ulterius mendacium, quod *officiosum* & *jocosum* vulgo dicunt, improprie mendacium esse, quod jam Lutherus observavit, officiosum non male singularem virtutem & prudentiam esse asserens.

## §. 64.

## §. 64.

Denique, quod ad *veritatem fides*, ad *mendacium* à quibusdam referatur *perfidia*, magis convenire sermoni vulgari, quam stylo philosophico.

## §. 65.

Eqvidem qui promissa servat, vulgari-ter *veritatem* locutus, qui *perfidus* est, *mentitus* esse dicitur.

## §. 66.

Sed philosophicè *fides* & *perfidia* à *veritate* in generali conceptu differunt, cum earum essentia consistat in *convenientia* vel *disconvenientia* actionum subsequen-  
tium cum signis animi præcedentibus.

## §. 67.

Nam qui ab initio *veritatem* dixit, poterit postea *perfidus* fieri, & qui *mentitus* est *poenitentia* ductus *fidem* servare.

## §. 68.

*Affines* insuper *falsiloquio* neque tamen cum eo confundendæ sunt *simulatio*, & *dissimulatio*, in genere à *falsiloquio* differentes, quod illud fiat sermone, hæc factò strictè dicto quatenus verbis op-  
atur.

## §. 69.

## §. 69.

In eo verò utraque *convenit* cum falsiloquio quod in simulatione & dissimulatione intendam alterum fallere & decipere.

## §. 70.

Differunt autem *simulatio* & *dissimulatio* inter se, quod hæc consistat in facto omissionis, quale etiam est taciturnitas, hæc in facto positivo, adhibendo nempe signa reliqua præter sermonem, ita, ut non conveniant cum animo utentis.

## §. 71.

Cum itaque *simulatio* magis accedat ad falsiloquium, *dissimulatio* ad reticentiam veri, simul facile constat nihil novi de justitiâ utriusque hic expectandum esse, sed ea tantum quæ de taciturnitate diximus supra, hoc loco ad dissimulationem, quæ de falsiloquio ad simulationem applicari debere.

## §. 72.

Simul evidens fit, quid sentiendum sit de divisione Actorum in *dolum bonum* & *malum*, à multis impugnata, & partim intellecta. Nam cum *dolum* definiant per fallaciam, voluerunt hoc communi

Kk

nomi-



nomine falsiloquium, simulationem & dissimulationem conjunctim efferre.

§. 73.

¶ Etergo cum ostenderit dari falsiloquium licitum, licitam ita simulationem & dissimulationem, dabitur etiam *dolus bonus*.

§. 74.

Denique & illud ex dictis sequitur, facilius per tradita & magis perspicue quæstionem de licentiâ fallendi alios esse expositam, quam si cum aliis distingvas inter *falsiloquium* & *reticentiam veri* aut hujus *ex parte narrationem*, item inter *mendacium* & *sermonem ambiguum* vel tacitam quandam *restrictionem*.

§. 75.

Nam quemadmodum hæ distinctiones ex parte impiam & scelestam opinionem tegunt, qualis illa de *reservatione mentali*, ita reliquæ, quæ in *reticentiâ veri* & *sermone ambiguo* quærunt effugium, ad litem definiendam non sunt aptæ, sed easdem limitationes admittunt, quas in falsiloquio adhibuimus. Quod ab aliis prolixius est expositum.

§. 76.

## §. 76.

Jam ex præcedentibus facile possumus specialiora definire. Initio i. non licebit indistinctè falsiloquio uti *adversus infantes & amentes*, quasi hi non habeant libertatem sermonem nostrum dijudicandi, sed cum & ipsi sint æqvè homines, tùm demum fictos sermones fabulasque adversus ipsos usurpare licebit, si utilitas eorundem magis promoveatur, & quatenus nimirum nudæ veritatis non sunt capaces.

## §. 77.

Eadem ratio à mendacii vitio eximet, si quis (2.) *adversus adultos* fictum sermonem bono fine & in *ipsorum* aut communem *utilitatem* adhibeat, quam plano sermone assequi non licebat, puta si v. gr. innocens protegendus, iratus placandus, mœstus demulcendus, meticuloso animus addendus, fastidiosus ad medicamenta capienda movendus, pertinacia alicujus frangenda, aut malum propositum alterius intervertendum sit, modo tamen cœtera sint paria, & v. gr. id non fiat cum ludibrio numinis divini.

## §. 78.

Multo magis igitur 3. licitum erit pro obtinendâ *utilitate reipublicæ* arcana ejus & consilia, quæ interest aliorum notitiæ subtrahi, ficto sermone obvelare aut in rebus dubiis & obscuris sententiam ferre ab animo ferentis alienam ad erudendam veritatem.

## §. 79.

Id verò non indistinctè admittendum, quod aliqui arbitrantur (4.) mendacium non esse, quoties fictum sermonem ad aliquem dirigimus, qui non decipitur, etiamsi *tertius* falsam inde hauriat persuasionem, quoniam cum hoc tertio mihi nihil fuerit negotii.

## §. 80.

Nam quemadmodum hæc ratio in universum non procedit, sed *sæpissime*, si in communi conversatione simus, cum omnibus qui præsentibus sunt, negotium mihi esse censendum sit, etsi sermonem meum ad unum sociorum in specie dirigam: ita si vel maximè hanc rationem admitteremus, non tamen ejusmodi actus propterea in universum à vitii nota poterit

serit liberari, cum præter mendacium alia adhuc sint peccata sermonis.

§. 81.

Cavendum igitur hic erit quàm maximè, ne quis hoc casu in præceptum negativum classis primæ, quod supra posuimus, impingat, adeoque multæ limitationes, ab aliis jam exactè expositæ, hic sunt addendæ.

§. 82.

Præprimis si quis eo modo molestam & noxiam aliorum curiositatem avertere velit, opera danda, ne alii innoxii inde damnum sentiant, quin & ut ipse qui sic intempestivè curiosus est, malo haud magno & injucundo magis, quam damno afficiatur.

§. 83.

Sed (5) cum *hostibus* apertâ vi possim nocere, licebit etiam ipsis per fabulas aut fictos sermones illudere, modo non id fiat in pactis cum hoste initis, quia per hæc etsi non in totum, in tantum tamen ab hostilitatis statu recedimus.

§. 84.

Quæ limitatio quoque ad reliquas species, in quibus falsiloquium licitum esse

esse diximus, erit applicanda, quoniam ut modo monuimus, præceptum de fide servanda à præcepto veritatis diversum est.

## §. 85.

Difficilior est inspectio, an citra mendacii culpam (6) *reus delictum* cujus infimulatur negare aut *fictis argumentis eludere* queat. Mihi negativa arridet, non solum si agatur de solutione debiti vel restitutione damni, sed &, si potissimum quæstio fit de inferenda pœnâ.

## §. 86.

Nam cum concedatur, iudicem habere jus & facultatem quoquomodo veritatem à reo exculpandi, sponte sua ob suprâ dicta ( de veritate loquendâ, quoties is, quocumago, jus ad eam habet) sequitur in reo quoque esse obligationem veritatem iudici dicendi. Accedit quod jus & obligatio, ut initio harum institutionum demonstratum fuit, sint correlata, quorum unum non existere poterit sine altero.

## §. 87.

Unde non intelligo quod adversus ista regeri solet; *non cuilibet facultati quæ nix-  
dam*

*dum exercitium alicujus actus notat, in ob-  
jecto suo obligationem respondere, siquidem  
objectum istud sit homo, ut in præsentî  
casu.*

§ 88.

Præprimis cum iudex habeat faculta-  
tem istam veritatem exquirendi à reo,  
non solum adversus alios, ne ipsum in  
ejus exercitio turbent, sed vel maxime  
adversus ipsum reum.

§. 89.

Et læderetur profecto nimium quan-  
tum respublica, si delinquentes nullos  
conscientiæ stimulos sentirent, delicta  
confitendi, cum rarissime hoc pacto fi-  
nem pœnarum obtinere posset, testi-  
bus & aliis probationum generibus in  
actibus istis plerumque occultis ordina-  
riè deficientibus; torturæque usu hâc  
quidem hypothesi præsuppositâ, maxi-  
mè illicito.

§. 90.

Quod autem afferatur, rei publicæ non  
valde interesse, ut pensatione damni fa-  
ctâ, puniatur delictum non notorium,  
quodque adeo colore aliquo tegi & ex-  
cusari possit; nescio an doctrinæ civili

fit conveniens; quoniam, etsi finis poenarum potissimus sit aliorum emendatio, quæ propterea & notitiam delicti præsupponit, tamen plerumque, si non semper delicta non sunt notoria judici; sunt verò notoria complicibus, vel aliis concivibus, vel indicia etiam quæ ad condemnationem non sufficiunt, ad scandalum tamen præbendum sunt sufficientia.

## §. 91.

Præterea non intelligo, vel certe rarissimus erit casus, quomodo pensatione damni facta, delictum possit dici non notorium, cum vel damnum resarciendo quis delictum quasi fateatur, vel in universum ferè, qui delictum negat, etiam damni restitutionem detrectet.

## §. 92.

Neque obstat assertioni nostræ: neminem teneri, ut quis ultrò ad poenam se offerat aut nomen suum ipse deferat; ergo etiam per negationem criminis non peccari. Præterquam enim quod antecedens ulteriorem mereatur discussionem, de qua infra suo loco; consequentia insuper non videtur procedere.

## § 93.

§. 93.

Quippe non solum aliorum regula; quasi quæ liceat non dicere etiam aliter dicere ob rationis similitudinem liceant; & ex aduerso quæ non possunt secus dici quam reuera habent, ea nec taceri queant; à quibusdam pluribus instantis fuit impugnata, & jam aliquoties monitum fuit; locutionem, & veri locutionem ad diversa præcepta pertinere; sed & in genere multa non licet denegare si rogatus fueris, ad quæ sponte præstanda non es obligatus.

§. 94.

Denique quod adjicitur: Pœnam invito esse infligendam; ad quæ vero obligamur ultro & à volentibus suscipi debere; at à pœnis non poss. non hominem naturaliter abhorrescere: cum præsupponat, in delinquente non hæere obligationem ad pœnam, differendam est inferius ubi hoc caput peculiariter exponemus.

§. 95.

Cum vero advocatus à reo adscitus ipsius rei Interpretem agat, ac eodem propterea defensionis modo uti debeat,



quem adhibere licebat reo, hinc ex dictis hactenus simul manifestum redditur, neque hunc etiam in criminalibus posse falsa jura aut fictas sententias allegare vel reum ad negandum instruere, aut causam salva conscientia suscipere, ubi reus crimen clam ipsi confessus fuerit.

## CAP. VIII. De Officio Juranti- um.

### §. 1.

**S***integer* mansisset homo, juramenti quidem nullus fuisset usus; hoc enim in subsidium *natura corrupta* tantum introductum est; quia in statu corrupto non aliud superpetit nobis medium, quo in eo quia aliquid asserit vel promittit, fallaciam aut perfidiam, in altero vero, cum quo negotium est, dubitationem & incredulitatem ex intentione nostra suppresseremus.

### §. 2.

Dum enim omniscius & omnipotens testis simul & vindex invocatur praesuntio

sumtio veritatis & fidei ideò excitatur, quod nemo temere credatur tam impio, ut ita petulanter gravissimam numinis indignationem in se deposcere sit ausurus.

## §. 3.

Quod si igitur officia jurantium ex statu integritatis vellemus deducere, idem esset ac si cuperemus aquam accersere ex igne.

## §. 4.

Non tamen putandum est, juramentum esse *inventum corruptum* corruptæ naturæ. Nam uti nulla hoc svadet ratio; ita in sacris literis non unâ vice juramenta sunt præcepta, & à sanctissimis viris adhibita.

## §. 5.

Quæ verò in contrarium pro ostendendâ prohibitionem juramentorum ex sacris literis solent afferri, ab aliis jam diu explosa sunt.

## §. 6.

Definimus autem *Jusjurandum*, quod sit deliberata numinis divini tanquam testis & vindicis invocatio, in assertionis aut promissionis confirmationem.

## §. 7.

## §. 7.

*Finis* enim omnis juramenti ex parte ejus, qui sibi juravit, est, ut homines ad enunciandum verum aut servandum promissum firmiter adstringantur metu divini numinis omnipotentis & omniscii, cujus vindictam, si scientes fallant per juramentum in se invocent, ubi alias metus ab hominibus imminens non satis efficax videbatur, quorum vires contemnere aut declinare vel scientiam se posse fallere sperabant.

## §. 8.

Unde si ulli juris divini præcepto adversa est *atheismi* doctrina, est vero omnino, ut ex libro primo patet, sane regulis, quæ de officio jurantium ponemus, directe contrariatur.

## §. 9.

Ex intentione autem ejus qui jurat, juramenti finis est *certitudo & fides*, ut nempe alter, quicum agitur, certus & securus reddatur vel de *veritate* illorum quæ affirmantur aut negantur, vel de *fideli* jurantis, sive de impletione eorum quæ promittuntur.

## §. 10.

§. 10.

Quod eleganter expressit Apostolus dum dicit: *Omnis controversa hominum finem ad confirmationem esse juramentum.* Confirmatur enim utrobique is cui juratur, & dum certus redditur & dum securus. Nisi fortè dicere velis, Apostolum in specie de juramento, quod litis decisorium vocant, loqui.

§. 11.

Fluit ex fine juramenti ejus *divisa*. Quædam enim promissis pactisque adduntur, ut eo majore cum religione observentur. Quædam autem adhibentur ad confirmandam alicujus assertionem circa factum illiquidum. Illud *promissorium* vocabimus, hoc *assertorium*.

§. 12.

*Promissorium* usurpatur ad assecuranda futura, *assertorium* ad confirmanda præterita.

§. 13.

Ad ista autem duo genera omnes juramentorum species referri possunt, ex divisionibus Jureconsultorum Romanorum ortæ e. gr. quod aliud sit juramentum *testium*, cum nempe quis super alieno

alieno facto jurat; aliud quando is, cujus proprium negotium est, juramento suo controversiam solvit, sive id fiat *deferente parte adversa*, idque tum extra judicium quod *voluntarium*; tum in judicio, quod *necessarium* appellant, sive *deferente* iudice, quod *judiciale* vocant, cujus species sunt juramentum *purgatorium* & *suppletorium*. Nam universa hæc juramentorum genera pertinent ad juramentum *assertorium*.

§. 14.

Simul eò *finis* juramentorum nos ducit, ut discamus juramenta esse *orationem accessorianam*, quæ jam aliam assertionem & promissionem, quam firmet, præsupponit, quæ observatio, multis suam utilitatem ostendet, ac propterea probè notanda est.

§. 15.

Hinc abstrahendo à legibus civilibus, non magnum usum habebit distinctio juramenti, in *confirmatorium*, quod accedat promissioni separatim factæ, & *promissorium*, cum quid directe promittitur jurato. Nam, ut ex jam dictis patet, utrumque hoc juramentum promisso-

missorium est, utrumque obligationem  
 aliam confirmat, sive ea sit præcedens,  
 sive concomitans.

## §. 16.

Nèque supervacuum est *juramentum*  
*quod obligationi jam antea firma accedit.* Sci-  
 licet, etsi omnes non Athei credunt,  
 DEUM violationem promissorum etiam  
 injuratorum vindicare, iisdem tamen  
 haud quicquam vanè persuasum est, a-  
 cerbius puniri, qui iram DEI expresse  
 provocaverit ac quantum in se fuit, ad  
 ipsius misericordiam viam sibi præclu-  
 sit.

## §. 17.

Quare non putandum est, cum finem  
 juramenti in confirmatione diximus  
 subsistere, ac si per id confirmentur *actus*  
*antea infirmi* & nullam obligationem fe-  
 cum habentes, aut producentes, sed po-  
 tius omnia fere, quæ supra de promissis  
 & sermone in genere differuimus, hic re-  
 petenda erunt.

## §. 18.

Igitur non valent juramenta super *re*  
*illicita.* Neque per subsequens jura-  
 mentum antegressa obligatio *valida eli-*  
*detur*

detur, aut jus per eandem quaesitum tolli poterit. Inde frustra quis juraverit, se alteri debitum non soluturum.

§. 19.

Absurdum quippe est invocare vindictam divinam, ni aliquid feceris, quod cum comminatione poenae a Deo est interdictum; adeoque reverentia Dei velut in ipsius ignominiam abusi.

§. 20.

Porro praecedentem assertionem eo extendit Grotius, ut non valeat iusjurandum dare in se non illicita, *si modo per eam impediatur majus bonum morale.* Sed exempla quae profert, pleraque sunt de re illicita, v. gr. si quis juret, quod alteri nunquam benefacere velit &c.

§. 21.

Est enim regulariter ad exhibenda officia obligatio saltem sit imperfecta, tamen & huic imperfectae obligationi satisfacere nolle, peccatum grave est.

§. 22.

Igitur, ut de sensu extensionis Grotianae constet facilius, assumamus casum, qui in facto contigit: Ira commotus quispiam, quod agnatus suus foemina

nam

nam natalibus defectam sibi desponsaret, juramento asseveraverat, *nolle se ejus nuptiis vel convivii interesse, nec ad sua quoque hilaria eum invitare velle.* Hic juramentum fuit de re non prorsus illicita, etsi per id majus bonum morale (major nempe amicitia, quæ familiari conversatione multum augetur) fuerit impeditum.

## §. 23.

At in ejusmodi casibus probabilior mihi videtur eorum sententia, qui judicarunt, *id juramentum servandum esse, præprimis si quis se declaret, ut in isto facto jurans fecerat, quod in aliis vitæ & charitatis officiis alteri deesse nolit, nec etiam repulsurus sit, si sponte alter & non invitatus ad hilaria sua veniret.*

## §. 24.

Ita nec obligat juramentum super re *impossibili.*

## §. 25.

Et in genere juramentum *non immutat naturam & substantiam promissi pæctive cui accedit.* Neque igitur ex conditionato facit purum, neque amplius  
L1 stringit,



stringit, cessante qualitate, cuius intuitu alteri quid jurato fuit promissum.

§. 26.

Acceptatio etiam requiritur in promisso jurato, idemque ab illo cui promissio facta, remitti potest.

§. 27.

Porro & contractus juramento sancitus abstrahendo à legibus civilibus rescindi poterit, si modo tales sint causæ, quæ etiam in statu naturali ad rescissionem sint sufficientes, qualis si sola sit, non est *minorænitias*.

§. 28.

Uterius uti supra in promissionibus requireretur *animus deliberatus* ex parte promittentis, sic & idem requisitum necessarium est ex parte jurantis. Unde juramento haud quicquam obstrictus est, qui simpliciter juramentum *recitando* profert, aut ejusdem verba concepta in primam personam alteri præit.

§. 29.

Quemadmodum autem promissio *dolo* elicitæ non obligat, sic nec vinculum injicit conscientiam juramentam, ad quod alter dolo malo se deduxit.

§. 30.

## §. 30.

Aliud dicendum existimo de errore simplici, nisi & hic circumstantia, circa quam fuit erratum, juramento per modum conditionis fuerit inserta. Quia & in simplici pacto hic aliud docuimus supra.

c. 6. §. 40.  
et 41.

## §. 31.

Quod si juramentum metu sit extortum à latrone, non alium effectum habebit, quam quem supra probavimus prolixio, sequi promissionem injuratam piratæ factam.

c. 6. §. 68.

## §. 32.

Et si verò juramenta quæ in alterius animam fiunt non sunt planè rejicienda, sed in ejusmodi actibus qui admittunt procuratorem (qualis non est si testimonium sit dicendum) æque ut contractus meri illum, in cujus animam juratum fuit obligant, vereor tamen, ut ea finem juramentorum æquè benè obtineant, ac illa, quæ à promittentibus ipsis præstantur.

## §. 33.

Poterit tamen à legibus civilibus disponi, ut juramenta quæ in statu naturali ob læsionem jurantis nullam habe-

Ll 2

rent

rent efficaciam, validum actum reddant in civitate. Et præsumunt fere leges ejusmodi, cum quilibet beneficio in favorem sui introducto renunciare possit, serio consultasse, an negotium sibi expediat vel non, qui juramento istud confirmare sustinuit.

## §. 34.

Quamvis autem pro validitate juramentorum similibus, quæle est metu vel dolo exactum, à nonnullis afferri soleat, quod in juramenti clausulâ promissio fiat DEO, in cujus honorem promissum servandum sit, etiam in statu naturali, accuratè tamen ostenderunt alii, istam assertionem parum convenire conceptui de naturâ juramenti.

## §. 35.

Aliud quippe est, promittere DEO, quod velim solvere v. gr. latroni, aliud promittere latroni cum invocatione divini numinis.

## §. 36.

Quam quidem invocationem non præsumitur sanctissimum numen in favorem nebulonis athei omne vinculum socialitatis rumpentis accepisse.

## §. 37.

§. 37.

Ita sensim perducti sumus ad modum jurandi, qui & ipse dependet à juramenti *fine*, quem supra exposuimus.

§. 38.

Is verò est vel qui communi gentium intentione in juramento requiritur, ut nempe *DEUS invocetur, ut testis & vindex*, vel qui ad majorem juri jurando conciliandam reverentiam pluribus *solemnitatibus* ac symbolis adhibitis, à singulis populis priori est supraadditus.

§. 39.

Quorum hunc si doctrinæ gratia *formam accidentalem*, illum *formam juramenti essentialem* appellare velis, non refragabor.

§. 40.

Posterior magis pertinet ad Jurisprudentiam Civilem : De priori verò est, quod ulterius dispiciamus; qui duo momenta comprehendit, initio ut *DEUS invocetur tanquam testis veritatis*, tum ut *vindex mendacii in juramento assertorio*, vel *perfidie in promissorio*.

§. 41.

Horum utrumq; ad juramenti finem est

est | necessarium ; non enim ad metum divini numinis, qui fidem & certitudinem in altero operari debet, sufficeret DEUM ut testem invocare, si non idem timeretur perjurii vindex, neque ut vindex timeri posset, si non crederetur esse testis.

## §. 42.

Non tamen necesse est, ut utraque formula exprimatur in juramento, sed una alteram *tacite* continet. Dum enim DEUS justissimus invocatur in testem, necesse est ut invocans eum simul timeat ut vindicem, & dum omniscium implo- rat ut vindicem certissimus simul est ju- rans, quod sit testis. §. 43.

Quin & saepius in juramentis *creaturarum* mentio facta apud Gentes legitur, quod vel ideo factum, quod jurantes vana persuasione seducti crederent, creaturas istas esse *Numen*, quo refer, quando paganos per fidera jurasse legis.

## §. 44.

Vel quod *tacite* jurantes DEUM *obscure* censerentur, ut in istis rebus, tanquam sibi carissimis ultionem perjurii expeteret, quorsum spectant juramenta per caput proprium, per animam & o-  
lim

Am & hodiè usitatus; per salutem item filii, per caput, genium, salutem principis frequenter usurpata veteribus.

§. 45.

Quare posses hoc intuitu juramentum dividere in *expressum & tacitum*. Illud erit si per Numen juretur. Hoc si per creaturam quam quis pro DEO non habet, sed vindictam saltem divinam in eâ invocat.

§. 46.

Quod si verò per *creaturas vilissimas* quandoque juratum deprehendimus, pro iocularibus potius quam veris juramentis eadem habenda erunt, postquam apud plurimos pravus mos invaluit, juramenta in ornamentum ac supplementum sermonis adhibere. Huc pertinent juramenta Socratis per canem, anserem, & platanum, Zenonis per capparim &c. scilicet jurabant per eos, non ut per DEOS, sed ne per DEOS jurarent.

§. 47.

Pervenimus ad *effectus* jurisjurandi, qui quidem plerique conveniunt, quia juramentum assertorium, cum iis, quæ in

Ll. 4

capite

§. 14. pite præcedenti de sermone diximus, quæ promissorium cum iis quæ de fide servanda supra diximus. Fluit hoc exinde quod supra notavimus juramenta esse accessoria sermonis, quæ propter abstrahendo à legibus civilibus, non producant novam & peculiarem obligationem.

## §. 48.

Hinc quod dicitur; à juramentis omnem dolum & cavillationem seu fraudulentam interpretationem abesse debere, rectè se habet, sed hujus tamen assertionis causam non principaliter in eo quærem, quasi interposita in juramento DEI invocatio, quem neque astu quis deceperit, & cui nemo impune illuserit eum effectum producat. Nam debet cavillatoria explicatio ab omni assertionem & promisso abesse: & exempla à Doctoribus eam in rem adducta, omnia ostendunt, peccasse cavillatores ejusmodi, etiamsi juramentum sermone suo non addidissent.

## §. 49.

Neque illud juramentis peculiare est, quod ea non semper latè sed quandoque strictè

*strictè* sint explicanda, siquidem subjecta materia id requirere videatur. Nam eandem regulam inculcavimus infra in doctrinâ generali de interpretatione.

## §. 50.

An verò nota universalis *strictè* faciendæ interpretationis in juramenti sit, si juratum sit *in odium alterius*, & non tam promissioni *quam minis* (ex quibus per se nemini jus nascitur) juramentum fuerit adjectum, subsisto.

## §. 51.

Afferuntur eque varia ejus regulæ *exempla*, v. gr. quod Israelitæ qui juraverant se filias suas Benjaminitis non collocaturos, rapi eas ab his passi fuerint; quod Athanaricus, qui juraverat patri, se solum Romanorum non calcaturum, in medio eorum flumine cum ipsis convenerat; quod Achæi juramento obstricti, ne decreta sua tollerent, petierunt, ut Romani ipsi, quæ viderentur, mutarent; quod Aurelianus minatus se nec canibus vitam relicturum jusserit milites ad canes occidendos discurrere; quod Themison promittens, se jussa Etearchi executurum; filiam



huius, quam pater mari demergi iusserat, in mare dimissam salvam statim inde retraxerit; quod Timoleon Milarcho jurans se eum Syracusis non accusaturum, celerrimè eum interfici iusserit &c.

## §. 52.

Sed vereor, ne ad ea omnia quis regere possit, cavillatoriam, hoc est, talem interpretationem in iis contineri, quæ vel cum mente ipsorum jurantium dum jurarent, vel certè cum mente eorum cui juramentum erat præstitum, non convenirent.

## §. 53.

At non solum in omni interpretatione respicere debemus ad tempus illud, quo promissio fuit præstita vel assertio facta, sed & in specie quod juramentum attinet, paulo post notabimus, sensum orationis valere debere prout illum capit, qui juramentum defert.

## §. 54.

Neque tamen propterea facta eorum, quæ in recensitis exemplis fuerunt allata, omnia aut his similia, iniustitiæ accusanda esse putarem. Sed potius in iudican-

dicanda eorum justitiâ sic procedendum videtur. Aut juratum fuit de re *licitâ*, aut *illicitâ*; Si illud, interpretatio ista cavillatoria à perjurio non liberavit jurantes; si hoc, factum ex interpretatione ejusmodi præstitum pro superfluo magis, quam illicito erit habendum, cum veleo omisso ob juramentum, utpote super re *illicitâ* factum non servatum, pro perjuris haberi non poterant.

## §. 55.

Ita v. gr. *Israelitarum* juramentum ex justo zelo præstitum servandum potius erat, quam ut cavillatione illâ solveretur, nisi forte dicere velis, non licuisse ipsis tribum Benjamin isto juramento quasi excindere; quamvis adversus hanc objectionem non desint responsiones variæ.

## §. 56.

Ita *Aurelianus* occisionem canum, ita *Themison* submersionem in mare plane omittere poterant, cum juramentum ab Aureliano de re *illicitâ*, exterminio nempe civitatis post victoriam, fuerat præstitum, Etearchus etiam à *Thimesonem* injustam postulaverat.

## §. 57.

## §. 57.

Nam, istud quidem rectissime observatur, juramentum non minus ac promissiones juratas, includere tacitas conditiones & limitationes, quæ ex ipsa rei naturâ ritè fluunt. Unde si alicui quicquid velit petendi optionem concessi, ubi iste iniqua aut absurda petierit, haud quicquam tenebor. Quæ jam facile ad Themisionis juramentum applicari poterunt.

## §. 58.

Ergone ais, *nullus peculiaris erit juramentorum effectus?* Nullus puto, nisi fortè eo referre velis, quod invocatio divini numinis arguat, eum qui perjurium commiserit, *atrociorem penam expectare debere, quam eos qui alias mendacium dixerunt, vel injuratam fidem fefellerunt.*

## §. 59.

In eo tamen juramentum à promissionibus nudis abit, quod etsi hæ hæres promittentis teneant, ac multo magis promissio jurata hominibus facta (aliud enim dicendum si per modum voti concepta sit) ipsa tamen *clausula ju-*

rato-

*vatoria*, & invocatio nominis divini jurantis personam non egrediatur, neque adeo *beres* fidem à defuncto datam fallens pro perjuro haberi debeat.

§. 60.

Tollitur verò juramentorum, ut in genere omnium promissionum, effectus per *relaxationem* seu *dispensationem*, quam in generali acceptione definimus, quod sit actus quo vel superior jurantis declarat juramentum propter defectum potestatis in jurante fuisse nullum, vel superior ejus cui juratò promissum fuit certis eis rationibus obligationem inde ortam juranti condonat.

§. 61.

Nam uti jam supra diximus, nemo tenetur ad impossibilia, igitur si, qui alterius potestati subjectus est, juret, semper tacita exceptio inerit juramento; salvo jure superioris.

§. 62.

Qui tamen peccabit, si dispenset, ubi nullum jus aut suum aut commune societatis cui præest, læsum fuit.

§. 63.

Ut & ille, qui citrà causam justam  
(pro

(pro quali habetur delictum promissarii, & interesse publicum) subdito suo jus ex juramento quæsitum auferat.

## §. 64.

Cœterum is, qui nec juranti nec in ejus gratiam juratum est, superior est, dispensare nequit, unde velex hoc unico judicari potest, quo jure quæve injuriâ Pontifex Romanus potestatem sibi sumat dispensandi circa juramenta regum & principum.

## §. 65.

*Affinitatem* cum juramento habet *obtestatio*, quæ est actus, quo quis alterum nominato DEO vel aliâ quâdam re ipsi carissimâ vel ab ipso maximè verenda, obsecrat de veritate dicenda, qualis est ArchiSacerdotis, quâ Christum obtestatur ut diceret, utrum sit filius DEI.

## §. 66.

Cum quâ non confundenda est *contestatio*, & ipsa juramento affinis, quâ quis comparatione rei gratissimæ asseverat, non min quæ sibi cordi esse veritatem in illa re, ac sibi cordi est illa res nominata. Ita contestatur Joseph per vitam Pharaonis;

nis; ita Elifa contestatur per vitam Elizæ.

## §. 67.

Denique sunt quædam promissiones, quæ etsi non sint juramenta, *æqualem tamen efficaciam* inter homines habent vel propter *personam promittentis*, ut si princeps promittat *bey seinen Fürstlichen wahren Worten*/ vel propter *specialem consuetudinem* certi populi. Sic apud Persas firmissimum fidei vinculum erat; fides datis dexteris,

## §. 68.

Atque hæc quoad juramenti Theoriam sufficere poterunt. Restat ut *præcepta* ponamus de officio hominum circa juramentum. Consideratur verò hoc casu juramentum vel prout est *accessio* sermonis, vel prout *clausula juratoria* in invocatione nominis divini tanquam speciali formâ absolvitur,

## §. 69.

*Priori* modo præceptum *generale* tam juramentum promissorium quam assertorium, (hoc tamen potissimum) respiciens est: VERITATEM LO-  
QVERE, hoc est, opera danda est ut  
signa

signa externa convenient cum animo tuo.

## §. 70.

Cœterum cum in omni negotio etiam injurato, dum ad interrogationem alterius respondemus, aut ad rogationem ejus spondemus, responsio & sponsio nostra se ad interrogationem & rogationem alterius referat; sequitur exinde, quod responsio nostra non divellenda sit ab animo & intentione stipulantis vel quærentis.

## §. 71.

Unde vel maxime in juramentis opus est, ut *verba jurisjurandi eo in sensu adhibeamus, quo alterum, cui juratur, ea adhibere probabiliter credimus*, ac propterea ambiguitas verborum, quantum fieri poterit, erit vitanda.

## §. 72.

Enim verò non nobis loquimur & juramus, sed aliis quibus cum negotium est, atque ideo loquimur ut intelligamur, ideo juramus, ut eò melius alteri de integritate nostra constet.

## §. 73.

Inde ejus quoque est, cui juratur, concipere

cipere verba juramenti, atque declarare, quo sensu illa intelligere velit.

§. 74.

Speciale Præceptum & ad juramentum promissorium tantum pertinens est: PROMISSA SERVA.

§. 75.

Cœrcet utrumque præceptum *perjurium*, quod vitium in latâ suâ acceptatione, & mendacium juratum & juratam perfidiam sub se comprehendit.

§. 76.

Qui significatus laxior usu moderno est receptus, etsi olim à nonnullis striçte pro solâ perfidia, à quibusdam Scriptoribus pontificiis contrâ pro solo mendacio vox *perjurii* usurpata fuerit.

§. 77.

Ad mendacium juratum pertinet *falsum testimonium*, item si quis juret & tamen inde nolit obligari.

§. 78.

Ad *perfidiam juratam* non solum pertinet, si quis directè fidem juramento datam adimplere detrectat, sed & si promissor superiorem ejus, cui promissum

Mm

sum



sum est imploret, ut ipsi juramentum relaxet.

## §. 79.

Ut ecce, si quis juravit statuta universitatis esse servaturum, & postea à superiore precibus impetret, ut in ejus favorem circa ista statuta dispenset.

## §. 80.

Etsi enim ejusmodi dispensatio, si à superiore spontè fiat, sine perfidiæ nota acceptari possit, eandem tamen injustè promittens sollicitat, cum hoc factum sit apertè contra intentionem ejus, cui quid promissum est.

## §. 81.

Neq; eos à classe perjuratorum eximendos esse censeo qui juramenta promiserunt quod officia sua fideliter obire velint, si *partem* quamcunque officii *neglexerint exproressi*, etiamsi se pœnæ submittant, nam tur est etiam qui fustigationem sustinuit.

## §. 82.

Multò magis igitur ad perjuros erit referendus, qui circa *pecuniarem* aliquem actum se juramento obstrinxit, si contra quid faciat.

## §. 83.

## §. 83.

Nisi discretè in promisso quis sibi libertatem reservaverit, aut promissa adimplendi, aut actum contrarium multâ redimendi.

## §. 84.

Veiei, qui juramenti formulam præscribunt, ipsi eam sic exponant, vel publice exponita patiantur, ut sine notâ perjurii liceat contra promissa delinquere, modo delinquens pœnæ obtemperet, qualiter communiter explicari solet juramentum studioforum, quod injurias sibi illatas consulo non vindicare, sed super iis auxilium Magistratus implorare velint.

## §. 85.

Posteriori modo, & quâ juramentum vocatione nominis divini constat, duæ accepta notari merentur. (1) NON JURA TEMERE (2) NON JURASI PER DEUM.

## §. 86.

Istud quidem *immediatè ex fine* juramenti deducitur, hoc fuit *immediatè ex isdem forma*.

Mm a

§. 87.

## §. 87.

Cum enim juramentum assertorium ideo inventum sit, ut via aperiatur ad decidendum aliquod factum illiquidum, & quod aliâ ratione commodius demonstrari nequit, sequitur quod pro temerario habendum sit juramentum, ubi vel nullâ probatione opus, vel ubi aliis argumentis res commodè demonstrari potest; aut ubi non est conveniens probationis objectum.

## §. 88.

Igitur in quæstionibus juris non licita erant juramenta, & ineptus esset ac temerarius, qui ad veritatem doctrinæ suæ demonstrandam juramentum adhiberet.

## §. 89.

Peccant graviter adversus hoc præceptum, qui juramentum adhibent pro ornamento sermonis & quando quis utitur eo in sensu duntaxat *enunciativo*, non habens intentionem dicta sua jurejurando confirmandi. Unde non malè Hobbesius illas dejectiones non juramenta esse dicit, sed nominis divini abusionem, natam

natam ex pravâ consuetudine omnia  
nimium vehementer asseverantium.

## §. 90.

Porro quamvis superius ostensum  
fuerit *falsiloquium* quoddam esse licitum,  
adeoque inde sequatur non esse eum  
properjuro habendum, qui ejusmodi  
*falsiloquio* adjungat juramentum; pec-  
cabit tamen adversus præceptum de vi-  
vandâ *temeritate*, quoniam ut juramen-  
ta ejusmodi *falsiloquiis* adhibeantur, ne-  
cessitas nulla exigit.

## §. 91.

Pertinet adeò præceptum illud prius  
maximopere ad juramentum *assertori-*  
*um*. Sed & ejus tamen in *promissorio* non  
usus nullus. Nam temerè jurat, qui  
jurat in promissione rerum impossibi-  
lium, quò & iste pertinet qui jurato pro-  
mittit, quod scit à superiore suo esse  
prohibitum.

## §. 92.

Quod *alterum* præceptum attinet, il-  
lud quatenus ex *jure naturali* deducen-  
tum est, non alium sensum habet, quam  
jurandum fit per DEUM quòd ex *jure*  
*naturali* cognosci potest.

Mm. 3

§. 93.

## §. 93.

Quatenus verò *lex positiva universalis* inculcat, quis sit verus DEUS, & quomodo is colendus sit, inde hæc defectum luminis naturæ supplet:

*Non jura nisi per DEUM VERUM.*

## §. 94.

Igitur contra *legem naturæ* peccat, qui per id jurat quod pro DEO non habet, quoniam ita non obtinetur finis juramenti; contra *legem divinam* & præcepta religionis, qui per DEUM falsum jurat, quem pro vero habet, quod hic saltem obiter monuisse sufficiat, cum ulterior disquisitio de cultu religioso per juramenta pertineat ad Theologos.

## §. 95.

Non confundenda quippe hic sunt præcepta juris naturalis circa juramentum, cum præceptis religionis, & quatenus juramentum est species cultus divini, qui propterea interdum etiam sub voce juramenti solet exprimi.

## §. 96.

Cæterum is qui per id jurat, quod DEUM esse non credit, *injustè* magis jurat, quàm ut committat *perjurium*, at, qui

qui per DEUM falsum jurat, quem verum credit, verè jurat, adeoque *perjurium* committit, si falso juret aut perfidè.

## §. 97.

Sicut v. gr. criminis læsæ majestatis reus est, qui principem suum interficere intendens, juratum ejus hostem ex errore violet.

## §. 98.

Dependet ex dictis discussio quæstionis: *An liceat per creaturas jurare?* Vel enim ex adhibentur in *obtestationibus* aut *contestationibus*, tum huc non pertinent, [via enim non sunt juramenta.

## §. 99.

Vel ipsarum mentio fit in *juramento*, inquam in quibus, *DEUS* nos punire deat, tum erit juramentum tacitum.

## §. 100.

Vel quatenus ipsæ aliquid divinitatē habere creduntur; tum Christiano hoc veritas revelatio divina, ne idololatriam imitaretur.

## §. 101.

Vel quæ eis non quidem aliquid divinitatis tribuitur, sed tamen, quæ aliquam

*relationem ad DEUM habent*, intuitu peculiaris consecrationis aut attinentiæ; ut quando juratur *per templum, altare &c.* aut quatenus *creatorem innuunt*, v. gr. si juratur *per cælum*; Et tum, etsi hæ formulæ ab iniustitiæ vitio vix liberent eum qui illis utitur, adeoque rectius omittantur; tamen si fuerint adhibitæ, pro perjuro habendus erit, qui iisdem illicitè fefellerit.

## §. 102.

Aliud tamen dicendum de formulâ apud nos consveta: *Ita me DEUS adjuvet per verbum suum*, seu per Sanctum Evangelium; quæ neque impietatis, neque injusta.

## §. 103.

Quæ hæcenus exposuimus præcepta juranti observanda, conveniunt cum tribus juramenti comitibus, quos vulgò statuunt; *Veritate* nempe, ne mendacium dicatur, *justitia*, ne fides frangatur, aut nealiter quam per DEUM juretur, & *judicio*; ne juretur temerè.

## §. 104.

Sed neque is, cui juratur sine monito erit dimittendus; **NON TEMERE JURA-**

**JURAMENTUM POSCE.** Esset enim hoc iterum contra finem juramentorum & reverentiam DEO debitam, quæ fundamentum est omnium legum divinarum, ut supra ostendimus.

## § 105.

*An igitur licebit juramentum ei deferre, quem pejeraturum esse scis?* Distinguitur communiter inter judicem & litigantem; ita ut is excusetur, quoniam ejus officium ferè est mercenarium; sed litigans si hoc faciat, peccet.

## §. 106.

Quam quidem sententiam admitterem, cum temeritas sit omnino in eo, quia certò pejeraturo juramentum exigit; frustra enim id exigit, sed initio præsupponendum erat: an casus quæstionis sit dabilis?

## §. 107.

Nego enim, certam esse scientiam in æquo de futuro perjurio tertii; Nam non solum futurorum nulla est certitudo; sed & in specie ea quæ dependent ab arbitrio alieno, ab homine, quæ verda non scrutatur, sciri nequeunt.



## §. 108.

Neque hic sufficit, quod perjuria jam sæpe commiseritis, cum quo est negotium; poterit enim in præfenti se emendare.

## §. 109.

Quia si aperte profiteatur, se pejaturum esse, non faciet certum indicium, cum istæ minæ afferri possint ad evitandum juramentum.

## §. 110.

Quapropter nisi specialis casus offeratur (quid si enim is, qui jurare debet aperte profiteatur atheismum? Sed neque hic casus facile dabilis) mallem quæstionem istam inter inutiliter curiosas referre.

## §. 111.

Majorem utilitatem habet altera quæstio; an liceat ab infideli juramentum, quod ipse per falsos DEOS præstat, exigere? Non pauci, recipi posse ab idololatrâ ejusmodi juramentum, asserunt, non exigi.

## §. 112.

Ego & exigi posse puto, si modo cætera sint paria. Semper enim formula jurandi accommodanda est ad persuasionem

tionem & religionem, quam circa DEUM fovet, qui jurat.

§. 113.

Fluit hoc ex fine juramenti. Nam frustra quis adigeretur ad jusjurandum per DEUM, quem non credit, adeoque nec metuit.

§. 114.

Quapropter cum jus naturæ hic non obstet, tamdiu hæc sententia defendi poterit, donec ostendatur aliud velle præcepta religionis, quod hactenus non fuit ostensum. Ad objectiones enim respondent alii.

## CAP. IX.

# De Officio circa Res & earum Dominium,

§. 1.

POSTquam de sermone diximus, pergendum nunc est ad *Dominium*, cujus cum potissimus effectus in *potestate utendi rebus* consistat, de hæc quædam paulò altius erunt repetenda.

§. 2.

## §. 2.

Poterit nempe eadem considerari vel in ordine ad *creatorem*, vel in ordine ad *res*, quibus utimur, vel in ordine ad *alios homines*.

## §. 3.

Priores duos conceptus quod concernit, plerumque solliciti sunt scriptores morales, quomodo facultatem illam iurandi rebus creatis ex *concessione divina* iustificent, tum & quomodo in specie *occisionem bestiarum* ab objectionibus aliorum tueantur.

## §. 4.

Nobis ita res simplicissime videtur tradi posse, si ante omnia separemus lumen rationis a revelatione, & *facultatis* hujus indolem penitus consideremus.

## §. 5.

1.1.6.1. d. 109. Constat autem ex hypothefibus initio demonstratis eam *juris* nomen non mereri in ordine ad *Deum*; hujus enim respectu homini nullum jus competit.

## §. 6.

Igitur neque demonstrandum nobis erit, quo jure facultatem hanc exercent homo; foret enim quæstio Domitiana; sed

sed sufficiet, si modo nihil afferri possit, quod istam potestatem impugnet.

## §. 7.

Nam quod nullâ lege prohibitum est, quare pro re licita non haberi debeat, nulla subest ratio.

## §. 8.

Cum ergo & homo habeat potentiam naturalem utendi rebus reliquis creatis, potentia hæc tam diu pro indifferente erit habenda, donec vel à natura vel ex revelatione adducatur limitatio eam restringens.

## §. 9.

Accedit quod concessio divina quoad antenus etiam ex ratiocinatione demonstrari possit. Homo enim opus habet creaturis reliquis in hoc statu, tum ut nutrimentum ex illis capiat, tum ut adversus mala corpus suum destruentia se defendat. Unde sequitur, quod DEUS velit etiam usum earum rerum homini concedere, sine quibus vitam tanquam donum DEI conservare nequeat.

## §. 10.

Sed hæc quoad antenus saltem demonstrantur, & quoad illum duntaxat usum, qui

qui homini est necessarius. At cum homo sapiensimè utatur creaturis reliquis ad jucunditatem tantùm & vitam commodiorem; difficulter istâ viâ, quâ onus probandi in nos suscipimus, procedemus.

## §. 11.

Neque enim omnibus creaturis opus habet homo; neque Aristotelis, Luciani, ac aliorum Gentilium sententia applausum meretur, quasi res reliquæ frustra essent creatæ, si homini iis uti non liceret. Nam longè compendiosius potuisset machina mundi adornari, si nihil fuerat creandum, nisi quod usum homini præberet.

## §. 12.

Igitur maneamus potius in possessione libertatis naturalis, præprimis cum deprehendamus, revelationem *Scripturæ Sacrae* sententiæ huic non refragari, sed potius concessionem specialem homini factam utendi rebus creatis solidissimè exinde posse probari.

## §. 13.

Neque iis solum, quibus ad necessitatem homo habet opus (quæ quidem  
in

in *statu integro* longe minor erat ad *usu-  
crimenam* saltem restricta, cum de-  
fensio adversus mala reliqua corpus  
hodie destruentia ibi non habuisset u-  
sum) sed & ad commoditatem ac volu-  
ptatem,

§. 14.

Ista verò concessio, ut in antecessum  
notemus, non habet vim *præcepti*, sed  
*indulgentiam* duntaxat privilegii, quo  
quis uti pro lubitu potest, nec ad omni-  
modum ejus exercitium tenetur. Alias  
enim peccaret homo in legem divinam  
si animal quod iam liberum dimitteret,  
aut occasionem, idem in potestatem  
redigendi negligeret; id quod nemo sa-  
nus dixerit.

§. 15.

Cæterum in hoc ordine ex iis, quæ ge-  
neratim de officiis hominis erga DEUM  
diximus, fuit præceptum negativum.  
**NON UTERE CREATURIS AD  
CONFUMELIAM CREATORIS!**  
Pugnaret enim hic usus cum *centro DEI  
interno*, qui fundamentum est legum o-  
mnium naturalium.

§. 16.

## §. 16.

Unde maximè coercetur per hoc præceptum *abusus creaturarum*, quando eæ inutiliter & petulanter perduntur. Contemnitur enim hoc modo Creator benignissimus, quemadmodum contemptum interpretaretur homo, si ejus donum inutiliter perderem.

## §. 17.

Posses huc quoque referre, quod Deus quietem diei septimi etiam ad bestias voluerit extendere. Sed hoc pertinet ad præcepta Religionis, adeoque relinquendum est Theologis.

## §. 18.

Porro in respectu ad ipsas *res creatas*, quibus homo utitur, usus iste *juris* nomen non meretur, quoniam cum reliquis creaturis nulla homini juris communio intercedit.

## §. 19.

Neque tamen mereri etiam potest nomen *injuria*, quia neque creaturis reliquis homo est obligatus.

## §. 20.

Sive eæ sint vegetabiles tantum, aut his inferiores, de quibus nullum est du-

dubium; five insuper loco motivâ gaudeant, ut bestię.

## §. 21.

De quibus etsi multa soleant objici, non opus tamen est ut circa eorum refutationem nos detineamus, cum partim ea excipiant adversus argumenta, quibus alii jus interficiendi eas probare voluerunt, à quo probandi onere, nos ut vides abstinemus; partim nituntur falsâ hypothesi philosophorum rationem bestiis tribuentium, simulque præceptū de non lædendis aliis ad bruta extendentium. Nos verò suprâ rationem ita à bestiis exterminavimus, ut ne quidem reliquerimus sensum internum propriè dictum, cognitionem aliquam & ita cogitationem præsupponentem. (1. c. 1. s. 36)

## §. 22.

Neque per internecionem bestiarum injuriam DEO fieri inde constat, quia DEUS statūs, juris omnis expertis, inter hominem & bestiam autor est.

## §. 23.

Nollem tamen propterea statum hunc hominis in relatione ad bestias comparare cum statu belli: Etsi enim ali-

N A

qua



qua inter utrumque statum fit conveni-  
 nentia, tamen plures sunt rationes dispa-  
 ritatis. Præterquam enim, quod bella  
 inter homines neque sunt universalia,  
 neque perpetua, neque licentiam in infi-  
 nitum concedunt; insuper bellum est  
 status extraordinarius ex læsione juris  
 ortus; at vero status iste, qui est inter ho-  
 mines & bestias, ordinarius est, nullam  
 juris læsionem præsupponens, cum in-  
 ter eos nunquam ulla juris fuerit com-  
 munitio.

## §. 24.

Berendum nunc ad considerationem  
 potentie utendi creaturis hominibus  
 competentis in ordine ad *alios homines*.  
 Observari hic ea meretur quatenus *utens*  
*aliis obligatus est*, tum quatenus *alii homi-*  
*nes sunt obligati utenti*.

## §. 25.

*Obligatio utentis est vel indirecta seu*  
*mediata & quatenus homo sui conversa-*  
*tionem debet socialitati, vel directa, qua-*  
*tenus homo immediate obstrictus est*  
*aliis.*

## §. 26.

*Indirecte hoc præcepto comprehen-*  
 ditur:

**ditur: ITA UTERE CREATURIS  
UT PER ISTUM USUM NON E-  
VERTAS BONA TUA VEL ANIMI  
VEL CORPORIS.** Fluit hoc ex iis c. 1. d. 7.  
quæ supra de officiis hominis erga seipsum docuimus.

## §. 27.

Quod bona animi *moralia* attinet, opera danda, ne per occisionem v. gr. bestiarum animus asuefiat *truculentia & crudelitati*. Non enim solum Plutarchus observavit, ex asuefactione necandarum bestiarum homines progressos esse ad cedes hominum & bella, sed & observationem meretur, quod scriptura Nimrodum appellet venatorem; Pythagorici contra mansuetudinem erga bestias inculcarunt, ut meditationem amoris & misericordiae erga homines. .

## §. 28.

Unde non sine causâ Athenienses ab eo, qui vivo arietem pellem detraxerat, & ni fallor Lacedæmonii, ab eo qui coturnicibus oculos eruens postea eas dimittebat, poenam exegerunt.

## §. 29.

Quod bona animi *naturalia* peccat,  
N n 2 qui

quod in nimio cibo ac potu usum rationis sibi tollit vel minuit.

## §. 30.

Quoad bona denique corporis à variis intemperantiæ speciebus abstinendum erit.

## §. 31.

Hinc Pythagoras, dum necare vetuit animalia, inter alias rationes discipulos suos ad faciliorem victum, unde sanitas corporis & ingenii acumen magis augetur, ad se facere voluit.

## §. 32.

*Directa obligatio hominis erga alios ea est: SIC UTERE CREATURIS, UT ÆQUALITATEM CUM ALIIS CONSERVES; scilicet NE ABUTARIS ISDEM AD SUPERBIAM; UT ALIOS ISTO USU NON LÆDAS; UT PER EAS ALIIS INSERVIAS; UT FIDEM PROPTEREA DATAM SERVES.* Intelliguntur hæc faciliè ex superioribus discursibus.

## §. 33.

Taceo nunc peculiare *interesse reipublice*, cui & ipsi se homo accommodare debet. *Interest enim reipublice ne quis*

re

re suam male utatur, & sæpius intermissio certi cujusdam usus promovet utilitatem civitatis. Sed de hoc infra suo loco.

## §. 34.

*Obligatio aliorum hominum erga utentem hoc præcepto includitur. NEMO ALTERUM IN USU CREATURARUM TURBET.*

## §. 35.

Correspondet huic obligationi in utente *ius*, vi cuius quietè creaturis uti potest, quod *ius*, quatenus alios ad usum ejusdem rei admittit, *communio* nomine venit; quatenus vero alios ab usu ejusdem rei arcendi facultatem tribuit, *dominium* dicitur, de quibus nunc fufus erit agendum.

## §. 36.

Ne vero more andabatarum dispute- mus, ab evolutionibus terminorum erit incipiendum. Ubi id quidem constat ex hætenus dictis, per *dominium* intelligi *ius* in rebus terminans, quatenus rei vocabulum actionibus mere personalibus contradistinguitur, sed hic conceptus tamen *dominii* essentiam non exhaurit.

## §. 37.

Quapropter rectius *describitur*, quod sit jus quo res aliqua alicui est propria. *Proprietas* vero est, quando alicujus rei veluti substantia ita ad aliquem pertinet, ut eodem modo non pertineat ad alium.

## §. 38.

*Proprietas* enim & *dominium* hic sunt *Synonyma*, etsi quandoque a Scriptoribus usurpentur diversimodè.

## §. 39.

Est verò *proprietas* seu *Dominium* unius rei vel penes unum hominem, vel penes uno plures. Illud *Dominium simpliciter* vel *strictè* dicitur, v. gr. ita Titius est dominus ædium suarum; hoc vocari solet *Dominium commune* vel *communis* ita heredes Titii sunt in *communione* ædium.

## §. 40.

Scilicet *communio* est, quando rei veluti substantia ita pertinet ad aliquem, ut eodem modo pertineat ad alium.

## §. 41.

Estque vel *negativa*, cum res ita pertinet ad plures, ut in nullius hominis (nec in unius nec pluriū) *proprietas actu* sit. Ita

Ita ex hypothefi juris Romani, fere be-  
 ſine fuerit in communione.

§. 42.

Vel *poſitiva*, cum res ita pertinet ad  
 plures, ut in plurium conjunctim ſumpto-  
 rum proprietate ſeu Domino ſit: repeti  
 exemplum de heredibus Titii.

§. 43.

Ergo *Dominium ſimpliciter* ſic dictum eſt  
 nobiliſſima Domini ſpecies, quia reſpicit  
 omnem communionem; *communio nega-*  
*tiva* eſt nobiliſſima communionis ſpeci-  
 es, quia reſpicit omne *Dominium*.

§. 44.

At *communio poſitiva*: & *Dominium com-*  
*mune*, ut vides, coincidunt, ita ut in uno  
 eodemque exemplo conveniant, & fal-  
 tem differant conceptibus. Dum enim  
 duo hæredes Titii inter ſe referuntur, &  
 conſiderantur ut ſinguli, hereditas eo-  
 rum communis eſt; dum conjunctim  
 referuntur ad alios homines non hære-  
 des, hereditas ipſis eſt propria.

§. 45.

*Res ipſæ* vero ab his tribus juribus di-  
 verſas denominationes accipiunt. Sunt  
 enim vel in *Dominio*, vel *communes*, vel *nul-*  
*lus*.

N 4

§. 46.

## §. 46.

Apparet ergo & proprietatis & communio-  
nis terminos involvere *relationem*  
unius hominis ad alium hominem. Ex  
quo sequitur, si *unus homo* sit in mundo,  
etsi is pro lubitu possit uti rebus creatis,  
neque tamen terminum *Dominii* (quia  
nemo esset, quem ab usu ejus exclude-  
ret) neque terminum *communionis* (quia  
nemo esset ad quem usus ille simul per-  
tineret) ad istum usum quadrare.

## §. 47.

Et quia *aliter* posset? cum & *Dominium*  
& *communio* sint *juris species*. Supra  
verò demonstravimus, *nullum jus homi-*  
*num esse, nisi sint alii homines.*

## §. 48.

Nam etsi istum hominem unicum re-  
feras *ad DEUM*, non merebitur tamen ille  
usus nomen *Dominii*, non solum quia in  
hoc respectu *DEUS* tantum est *Dominus*  
*creaturarum*, sed & quia homo nullum  
jus habet *adversus DEUM*.

## §. 49.

Quod si vero referas *ad bestias*, similis  
erit ratio, quia inter hominem & bestias  
nulla

nulla est neque juris neque obligationis communicatio.

§. 50.

Malo autem hic scapham vocare scapham, quam ejusmodi facultatem utendi creaturis unico homini competentem appellare dominium indefinitum non formaliter sed concessive, non actu sed potentiâ. Etsi enim hæc locutio commode explicata tolerari possit, tamen haud dubie terminus domini supponitur improprie, & videtur absque ejus usurpatione doctrina domini magis perspicue posse explicari.

§. 51.

Quin & si plures sint homines, non poteris tamen terminum domini neque simpliciter dicti neque communis adhibere, si nullus esset, quem reliqui jure ab usu certæ rei possent excludere.

§. 52.

Nam tum demum v. gr. hereditas Titii est in proprietate heredum duorum, quando, ut dixi, referuntur ad alios, quod si illi heredes soli essent in mundo, non amplius esset dominium commune, sed tantum ipsis eadem esset commu-



282 LIB. II. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
his. Adeoque ex *communione positiva*  
tunc fierit *negativa*.

§. 53.

Solent alii dominium dividere in *commune* & *privatum*; Sed ex eorum descriptionibus patet, eandem esse hanc divisionem cum nostrâ, quâ dominium diximus esse vel simpliciter tale vel commune, nisi quod hi in applicatione confundant dominium commune cum *communione negativa*.

§. 54.

Quorum adeo mentem non penetrarunt alii, mirifice utramque dominii speciem circumscribentes, dum statuunt; *Adamo à DEO collatum fuisse dominium commune, toti nempe humano generi competens, & simul privatum; nempe pro me, Te &c.*

§. 55.

Quemadmodum enim in me, te &c. consistit universum humanum genus; ita non apparet, quomodo privatum dominium à communi discrepet, nisi quis forte in sublimi ista controversia, de *existentia universalium* citra mentis operationem velit *refugium quaerere, & cruentæ*

eruentæ pugnae Nominalium atque Realium se immiscere.

§. 56.

Porro quoniam dominium simpliciter & dominium commune sunt species suo modo contradictoriae, nimis subtiliter dicitur, utramque speciem in uno subiecto posse concurrere. Quamvis subtilitas hæc & ab aliis fuerit usurpata.

§. 57.

Quia adeo ob jurisprudentiæ (ad hanc enim primario termini domini & communiois pertinet) ignorantiam, & in eo falsos sibi formarunt conceptus, dum putarunt etiam istud ius, quo proprietatem alienius rei acquirere valeo, propriè dominium esse, & propterea dominium in potentiale & actuale dividerunt, cum tamen *dominium potentiale sit lux sine lumine.*

§. 58.

His præmissis de *origine domini* nunc dispiciamus; seu *an in primævo hominum statu fuerit dominium an communio, eaq; vel positiva vel negativa?*

§. 59.

Id vero statim vides, quæstionem hanc

hanc, ut sunt omnes de origine rerum vel jurium controversiæ, esse *questionem historicam*, multisque si citra omnem revelationem eam velis tractare, conjecturis & per ambages quasi hic esse opus; quamvis jam alii eruditissime ostenderint, quomodo hæc controversia, si cum Ethnico in notitia status primævi aberrante res sit, debeat explicari; in ipsis conclusionibus non omnino vel certè parum à nobis dissentientes.

§. 60.

Nos autem, cum Christianis scribamus, & jam suprà demonstraverimus, absque confusione disciplinarum assertiones historicas etiam in evolvendis disceptationibus juris naturalis ex historia sacra desumi posse, & hic non hæsitabimus, definitiones nostras ex revelatione divina petere, simul tamen regulas bonæ interpretationis, quas nobis recta suppeditat ratio, observare.

§. 61.

Dixit DEUS ad Protoplastos: *Subjicite vobis terram & dominamini super bestias.* Acceperunt ergo hoc passu facultatem subigendi sibi creaturas inferiores,

eo

eo effectu, ut scirent, Deo non adversari, si creaturas ad utilitatem suam applicarent. Cæterum hæc *facultas domini* nomine non nisi improprie insignitur, siue statuas concessionem istam divinam Adamo ante creatam Evam fuisse factam, siue Adamo & Evæ simul significatam,

§. 62.

Ut enim neutro modo, neque intuitu DEI, neque intuitu bestiarum aut reliquarum creaturarum inferiorum juris, multo minus domini vel communionis nomen meretur; ita intuitu hominum quamdiu Adamus soluserat, non nisi jus in spe quod & ipsum quæ tale, improprium est, appellari poterat.

§. 63.

Creatâ verò Evâ jus exinde proprie dictum oriebatur, non tamen inde inferre poteris, ergo dominium erat, quia & communio jus est.

§. 64.

Uti igitur non memini quæquam statuere, quod Adamus Evam arcere iusta ex causa usu creaturarum potuisset; aut quod Eva ad hunc usum exercendum

206 LIB. II. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
dum speciali concessione Adami ha-  
buisset opus; ita ineptum foret, si jus  
Adami tum temporis dominiū strictè di-  
cti vocabulo insignire vellemus, sed  
necesse est ut fuerit *communio* eaqve non  
positiva quamdiu Adamus & Eva soli  
erant, sed *negativa*.

§. 65.

Porrò non generarunt eequidem in  
statu Integritatis Protoplasti liberos, cre-  
assent tamen haud dubiè; Hic igitur igi-  
tur forte ex communione primorum  
parentum negativâ, facta fuisset *domi-  
niū commune*.

§. 66.

Imo fortè non. Nam communis sen-  
tentia est, protoplastos repræsentasse in  
concessione divinâ posteros suos. Ergò  
hi statim à nativitate primâ æquale jus  
fuissent habituri ac parentes eorum.

§. 67.

Neque causa fuisset cur DEUS in isto  
statu præ liberis dedisset parentibus præ-  
rogativam cum in æquali perfectione  
fuissent generandi; quin potius probabi-  
le est, beneficia parentibus indulta perti-  
nuisse

fuisset ad liberos, quoniam poenae facti sunt participes.

§. 68.

Quin & supra, ni fallor, demonstravimus in statu integro nullum fuisse expectandum imperium paternum; Unde ne quidem expectanda erat restrictio liberorum in exercendo usu rerum.

11025  
34.035

§. 69.

Ergo per generationem & multiplicationem generis humani in isto statu *communio negativa* non fuisset mutata, sed extensa saltem ad personas alias atque alias.

§. 70.

An verò in hac *communione manserit fuissent homines*, si Adamus non esset lapsus, curiosior quaestio est? Nobis ne minima quidem se ostendit probabilitas, quae suadeat, recessionem ab eadem & dominiorum distinctionem.

§. 71.

Fritum proverbium est: *Amicitia omnia sunt communia.* Quo major ergò futura erat Amicitia (futura verò erat maxima) eò magis speranda erat *communio*. Inde in primitivâ Ecclesia Christi

208 LIB. II. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
Christianorum communionis hujus-  
modi analogum fuisse legimus.

§. 72.

Adde quod summa ibi fuisset *æquali-  
tas*, dominiū verò distinctio multum pro-  
moveat status hominum inæquales.  
Certè divites & pauperes fecisset do-  
miniorum distinctio.

§. 73.

Neq; causæ moventes aderant. Spon-  
tè proferebat omnia tellus, labor tunc  
non erat inter molestias; Natura pau-  
cis contenta; Luxus exulabat; Nulla  
lis, nulla invidia.

§. 74.

Hinc valde errant, qui *distinctionem  
dominiorum in statu integro* propter ejus  
*perfectionem* quærunť, quia ut omnis  
ordo rectæ rationi consentaneus, ita  
pulcherrimus ordo possidendi res illi  
statui vel maximè convenisset.

§. 75.

Quasi vero perfectior sit hodie Eccle-  
siæ status, in quo diu propter cessatio-  
nem charitatis cessavit communio, præ  
altero quærat in primitivâ Ecclesiâ.

§. 76.

## §. 76.

Neque tamen putandum est, in communione ista status integri fuisse summam *confusionem*; ac si propter jus commune omnium, nemini licuisset ex rebus in commune positis quasdam ad proprios usus ita accommodare, ut post earum apprehensionem aliis non integrum fuerit easdem ipsi rursus auferre. Quin potius in ipsa communione negativâ erat proprietas quædam, intuitu scilicet fructuum, quorum usus consistit in abusu. Hi enim si quis eos ad cibum vel potum adhibere voluit, statim ipsius postquam apprehenderat erant proprii.

## §. 77.

Sed contradictionem involvere videtur, in communione, & vel maximè negativâ, quæ proprietatem excludit, esse proprietatem.

## §. 78.

Imo verò non involvit. Manere enim potest communio seu negativa seu positiva in toto aut partibus nobilioribus, vel rebus frugiferis, etsi proprietas sit in partibus minoribus, vel fructibus.

O O

§. 79.



## §. 79.

Unde nascitur distinctio *communio*nis utriusque in *absolutam* & *temperatam*. *Absolutam* voco in qua ne minima quidem rei est proprietas. *Temperatam* ubi contra.

## §. 80.

Antequam Protoplasti ulla fruges ad abusum applicarent, *communio absoluta* erat; unâ saltem ad consumptionem arreptâ, incipiebat *temperata*.

## §. 81.

Cave tamen per *absolutam* talem intelligas *communio*nem, in quâ nulla *possit* esse proprietas. Hæc enim revera est non ens impossibile; quin potius hoc intuitu omnis *communio* esset *temperata*. At *absoluta* intuitu actus, saltem aliquo temporis spatio, etsi perbrevis, duravit.

## §. 82.

Notanter autem dixi, in statu primævo per apprehensionem *rei fungibilis* ortum fuisse dominium, non per apprehensionem rei cuiusvis. Nam si ea esset *non fungibilis*, sive mobilis, sive immobilis, sola apprehensio dominium non tribuebat, sed jus saltem momentaneum istâ re utendi, quamdiu eandem quis pos-

possideret, usu isto cessante alii æqualem potestatem habebant, vel habuissent istam rem ad suos usus accommodandi.

## §. 83.

Sed jus quidem istud momentaneum non meretur titulum proprietatis, nec unquam, ut puto, à Juris peritis eo fuit insignitum.

## §. 84.

Ita e. gr. Si Adamus sub umbrâ arboris cubaret, vel cum bestiâ quadam luderet, non tamen propterea habebat proprietatem in istam arborem vel bestiam, etsi Eva illum non nisi summa injuria à loco turbare aut bestiam auferre ipsi posset. Quod si sponte abiret vel ludere cessaret, poterat sine injuria locum vel bestiam occupare eadem.

## §. 85.

Ita si Eva pomum decerperet comedendi gratia, nullum jus erat Adamo quo id auferre conjugii potuisset, sed necesse erat ut de alio prospiceret sibi, adeoque post apprehensionem pomi recte dicere poterat Eva, pomum esse in ipsius dominio, quoniam videlicet maritum ab ejus usu excludere poterat in perpetuum.

## §. 86.

§. 37.

Scilicet etsi communionem supra vocaverimus, quando rei substantia ita pertinet ad alium, ut eodem modo pertineat ad alterum; etsi *communio involvat jus æquale* utendi re communi; hæc tamen omnia ita intelligenda sunt, ut ex Jure singulorum in rem communem non oriatur tale jus, quæ est *jus omnium in omnia Hobbesianum*, quod produceret statum funestissimum belli communis.

## §. 87.

Fuit exinde, quod abstrahendo ab *omni pacto humano*, ex ipso præcepto generali de *custodienda socialitate & pace communi*, generis humani nulla possit dari communio talis, in qua liceat socio socium turbare in usu rei non fungibilis, aut auferre ei rem fungibilem, quam consumere alter laborat.

## §. 88.

Quin & præceptum speciale de *custodienda æqualitate* idem inculcat. Peccaret enim in eam haud dubiè, qui alterum a loco cui incumbit depellere aut rem fungibilem illi auferre vellet, ut ipse in isto loco quiesceret, vel res ista frueretur.

89.

## §. 89.

Denique hæc demum licentia non posset *non summam confusionem & bellum* procurare. Nam cum istâ admisâ, æqualibus liceant æqualia, sequeretur suâ sponte, Adamum si Eva licentiâ dictâ usâ ipsi pomum abstulisset, eodem jure potuisse idem pomum auferre Evæ, & sic reciprocè in infinitum, donec is qui viribus esset superior pomum deglutiret, & ita in reliquis; Haberes adeò bellum totius humani generis in protoplastis.

## §. 90.

Unde quamvis Aliqui eruditè asseruerint, *occupationem*, quæ domini causa est, vim hanc accepisse ex *pacto* primorum hominum *tacita*, limitationem tamen haud dubiè hæc eorum sententia recipiet in rebus fungibilibus, ad *presentem consumptionem* apprehensis, partim quod in his sine jure appropriandi per apprehensionem frustra sit omnis communitio, ut pote communem usum hominum involvens, hic verò communis usus ipse sit frustraneus, si aliis nihil iterum eripere liceat, quod ad necessariam *consumptionem* applicare volo: partim

Oo 3

quod

214 LIB. II. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
quod ipsi jus Hobbesianum eruditissime  
refutaverunt.

§. 91.

Nam quod alii objiciunt, positâ primævâ facultate hominum in res, non posse intelligi, quomodo nudus *actus corporalis* unius, qualis est *occupatio*, cæterorum facultati præjudicare possit, nisi ipsorum consensus accedat; id est nisi pactum interveniat; facile removeri potest.

§. 92.

Initiò enim *occupatio*, quæ est *actus physicus*, proprietatem non introducit; sed *lex socialitatis* de custodiendâ æqualitate; *mediante hoc actu* physico alios ab usu rei fungibilis ab altero jam apprehensæ excludit.

§. 93.

Deinde qui hâc objectione utuntur, haud dubiè pactum pro fonte omnis obligationis agnoscunt. At nos supra legem supposuimus, quæ sæpe sine pacto, sine hâc nunquam pactum obligationem infert.

§. 94.

Quod si tamen *pacti taciti* voce tam late

l. i. c. i. d. 85.  
et 29.

latè uti velis, ut sub se comprehendat pactum *presumptum*, lis magis circa verba erit, quàm rem ipsam. Quippe suprà demonstravimus, pactum hoc *presumptum* esse conventionem improprie dictam. c. 6. p. 32.

## §. 95.

Illud vero non ommittendum erit, non sine ratione *consumtionis presentis* nos fecisse mentionem, ut indicemus, nos haud quaquam in eâ esse sententiâ, ac si occupatio rerum fungibilium, cum intentione eas *seponendi ad futuros usus*, etiam citrà pactum, dominium producat. Nam quemadmodum ejusmodi appropriationem neque communionis finis, neque socialitatis & æqualitatis custodiendæ præceptum infert necessario; ita non concipere ejus existentiam poterimus in statu isto perfectissimo. Ubi enim abundantia rerum summa fuisset tutura, ubi perpetua summæ amicitiae æqualitas, ibi nulla ratio erat seponendi res fungibiles ad usus proprios; ibi hæc sepositio turbasset haud dubiè præceptum de custodienda æqualitate.

## §. 96.

Pergamus ad *statum lapsus*. Mutata hic rerum facies. Ager tribulos proferebat loco frugum. Labor molestiam afferebat corpori humano, sine hoc vero rari fructus erant sperandi; corpus hominis adversus injuriam aëris opus habebat tugioliis, vestimentis &c. quæ sine labore aliquo & industria non poterant confici, & extrui; bestię sine molestia non poterant occupari & apprehendi; Harum sustentatio requirebat peculiarem industriam. Multum remiserat amor hominum mutuus communionis firmissimum sustinaculum.

## §. 97.

Neque tamen propterea hæc mutatio *actualem distinctionem dominiorum* intulit; neque DEUS post lapsum dominia rerum inter Adamum & ejus liberos de novo divisit; sed mansit concessio divina primæva, saltem in effectibus limitata & restricta.

## §. 98.

Id vero inde secutum est: Non posse *salvâ pace generis humani communionem istam beatissimi status amplius observari.*  
Etsi

Etsi enim nullæ aliæ hic adfuissent rationes ulteriorem dominiorum distinctionem svadentes, suffecisset tamen vel hæc maximè; qvod, si homines qvidem in commune laborassent, & in commune contulissent fructus, ac de communi a-cervo fuissent sustentati; non potuissent non qverelæ existere ob inæqualitatem laboris & fruitionis. Et inhumanum planè fuisset, si licuerit aliis tuguriorum usum simul prætere vel vestium, qui nihil ad eorum confectionem contulerant.

## §. 99.

Non tamen propterea putandum est, *simul & semel homines à communiōe recessisse*; sed probabilissimè initio, qvod res fungibiles concernit, conventum fuisse videtur, ut, qvæ quisque ex fructibus communibus spontè proventibus comportasset, & ad futuros usus seposuisset, jure proprietatis possideret; tum qvæ ex non fungibilibus, seu mobilibus seu immobilibus occupasset, habitandi, colendi & fructus ex iis percipiendi gratia, ut & ipsa censerentur propria, & una cum iis fructus exinde proventientes, tanquam accessoria. Oo 5 100.



## §. 100.

Igitur, cum ab initio pauci fuerint homines, vastus vero terrarum sit orbis, constat, *pauca etiam initio fuisse occupata* & dominio subjecta, plura vero in communione mansisse, tam diu, donec multiplicato genere humano, & ex ipsis plurima, non tamen omnia, per occupationem aliorum proprietati accommodata fuerint.

## §. 101.

*Quæ occupatio in statu post lapsam partem* omne excludere non videtur. Etsi enim & hic naturalis ratio svadeat, dominia rerum distingvi, etsi svadeat occupationem esse modum litibus terminandis maximè convenientem; tamen non præcipit præcise, ut per apprehensionem dominium adipiscamur. Est enim inter apprehensionem rei fungibilis in instanti consumendæ, & apprehensiones reliquas ingens differentia.

## §. 102.

Quin & non improbabile est, multiplicatis hominibus ad evitandas rixas & introducendo bono ordini quasdam res ab ipsis mutuo consensu fuisse *divisas*, & cui-libet

libet suam portionem propriam assignatam, hâc additâ conventione, ut quæ in primâ rerum divisione in medio forent relicta, deinceps ejus possent fieri, qui primus easdem sibi per apprehensionem asseruisset.

§. 103. *hic. præcedenti d. p. mittat. diss. Pr. 93*

*Prior apprehensio* intendebat usum, à quo usue tiam per regulas communionis me non debebant arcere alii. At hic usus ex natura rei non intelligi poterat, si non potuissem alios excludere. In reliquarum vero rerum apprehensione usus meus, etsi non ita comodus, esse potest, etiam si alios à communicatione rerum harum non arceam.

§. 104.

Igitur verissimum est, dominiorum in his rebus distinctionem in statu post lapsum ortam esse maximam partem, *ut lites præscinderentur*, etsi propter depravationem hominum bella suspissimè de meo & tuo oriantur.

§. 105.

Convenit cum his quæ diximus exactè, certè minimè iis repugnat *historia sacra*, sive filios *Adami*, sive in reparatione

220 LIB. II. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
tione generis humani post diluuium No-  
achi progeniem respicias.

§. 106.

De prioribus nil memorate eadem, quã  
quod Abel pastor ovium, Cain autem agricola  
factus fuerit. Quæ verba uti occupatio-  
nem præcedentem non excludunt, imò  
præsupponunt, ita multæ sunt rationes,  
ne statuamus, Adamo præceptum fuisse  
à DEO ut in statu integro distribueret  
dominia rerum in liberos, hoc vero pro-  
pter brevitatem temporis eum ibi factum  
non potuisse, fecisse ergo post lapsum, ac  
distribuisse partem bonorum inter Cai-  
num & Abelem, ut ille immobilia, agros;  
hic mobilia, pecora campi possideret &c.

§. 107.

Nam præterquam quod istud præce-  
ptum divinum de dividendis partibus  
terrarum orbis in scripturâ non extat,  
sed ad figmenta cordis humani referen-  
dum est; supra jam ostendimus divisio-  
nem bonorum pugnasse cum perfeccio-  
ne status beatissimi.

§. 108.

Neque Codex Sacer quicquam de di-  
visione Adam in Cainum & Abelem, aut  
quod

quod his non licuerit præter res à patre  
ipsis assignatas, alias possessione vacuas  
apprehendere.

## §. 109.

Etsi enim Adamo patriam potestatem  
non negemus, tamen hæc abstrahendo à <sup>licet impri-  
s. 68. +</sup>  
legibus civilibus nequicquam potesta-  
tem in res liberorum infert, & in adultis  
quales erant Cain & Abel per infra dicen-  
da, expirat spontè.

## §. 110.

Istud vero inter jucundas speculatio-  
nes referendum, *Abeli* in ista divisione  
contigisse *mobilia*, *Caino* *immobilia*: Quasi  
Cain non opus simul habuisset bove ara-  
toris; quasi nihil præter frumentum com-  
edisset; quasi Abel non indiguisset pa-  
sci unde oves sustentaret, aut pane non  
usus fuisset in cibum. Nisi dicere velis,  
simul Adamum introduxisse commercia  
inter fratres, permutationes, conductio-  
nes &c. aut plura ad defendendas ejus-  
modi meditationes scripturâ tacente, &  
propemodum reluctante.

## §. III.

*Noachi* ævum, quod attinet, eandem  
benedictionis formulam hic adhibuit.

DEUS

DEUS quæ utebatur erga Protoplastos, ergo & eadem hujus expositio faciendâ, quæ illius, in quantum nempe conditio humani generis per lapsum mutata admittit. Certè nulla sculpenda erit domini privati introductio.

## §. 112.

Quod ut eò minus haberet dubii, notanter scriptura dicit, DEUM, in benedictione illâ & concessione potestatis subjiciendi sibi reliquas creaturas, non ad solum Noachum verba direxisse, sed simul ad ejus liberos, indicio, hos exinde jus æquale cum patre fuisse nactos.

## §. 113.

Igitur probabilissimum est inter Noachi posteros etiam mediante occupatione paulatim rerum dominia fuisse distincta, cum Historia Sacra divisionem inter eos à patre factam esse fileat.

## §. 114.

Cujus verba nimium quantum interpretari oporteret, si quis ex iis exculperet velit, ac si *Naach inter filios suos distribuerit gentes & insulas, ut suam quisque portionem tranquille possideret.*

## §. 115.

Etsi enim Philastrius distributionem istam tam certam esse censeat, ut negationem ejus inter hæreses numeret, non magis tamen hunc hæreticem timeamus, atque Jcti Baldum vel quisquis ex antiquis glossatoribus fuit, statuentem hæresin esse, si quis neget, Imperatorem esse mundi dominum.

## §. 116.

Uti enim istud terriculamentum non terruit Bochartum, quin ab illâ sententiâ recederet, ita jam observarunt alii, pertinere istam traditionem de divisione Noachiacâ ad fabulas Pseudo-Berosi.

## §. 117.

Et quomodo Noachus gentes potuit distribuere inter filios? Nullæ fuere gentes nisi ex ipsis Noachiliberis. An ergo jam tū tempore divisionis fuerunt integræ gentes? An Noachus ademit liberos unius filii & transtulit in potestatem alterius? An vero gentes quædam remanserunt diluvio non submersæ, quas Noachus liberis suis assignaverit?

## §. 118.

Igitur maxime hic cavendum, ne, dum in-

224 LIB. II. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
interesse privatum respicimus, fingendo  
aliquid ad confirmandam novam & ha-  
ctenus inauditam hypothesin, interesse  
commune Christianismi prodamus, ad-  
versus Præadamitas, omnem moventes  
lapidem, ut ostendant diluvium Noæ  
non fuisse universale, sed pertinuisse sal-  
tem ad terram Judæorum.

§. 119.

Constat igitur ex dictis, quisnam sit  
sensus præcepti de non turbando alterū  
in usu creaturarum, duplex nempe; vel  
communem vel dominium respici-  
ens. Priori modo obligatur quis: *ut  
quamdiu per occupationem vel alium domini-  
acquirendi modum proprietatem non que-  
sierit, alios æquo secum jure in usu ejus rei frui  
patiatur.*

§. 120.

Posteriori vero respectu quis est ob-  
strictus; *ut re alterius dominio subjecta,  
citra Domini voluntatem, uti, regulariter  
& excepto summæ necessitatis casu, non  
pretendat.*

§. 121.

Porro ex causis introducendi domini-  
& hujus definitione fuit adhuc aliud  
specia-

Speciale præceptum ad communionem referendum: *Ut homo res inexhaustæ utilitatis & à quarum usu alios arcere vires humanas excedat, intra primæviam communionem manere sinat.*

§. 122.

Quoniam enim omnis proprietatis finis est iste, ut quis rem communibus usibus non sufficientem, vel occasionem ad lites præbentem, si maneat in communionem, sibi soli per apprehensionem acquirat, ita ut in posterum alios ab eorum usu arcere possit; inde patet, tria requiri ex parte rei dominio subjiciendæ.

§. 123.

I. Ut res *usum* aliquem hominibus mediate aut immediate possit præbere, per se aut per cohærentiam cum aliâ re. Nam planè inutilia sibi vindicare velle supervacuum & ineptum esset. Quamvis fortè difficile sit ejusmodi rei planè inutilis exemplum proferre.

§. 124.

II. Ut res non præbeat naturâ suâ *usum* omnibus hominibus sufficientem citrà periculum dissidii. Quod si enim secus sit, peccaret quis contra præceptum de æ-

P p

qua-



126 LIB. II. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
qualitate custodiendâ & in specie de vi-  
tanda superbiâ, si ab ejusmodi rerum usu  
alios vellet excludere.

§. 125.

Scilicet res quædam *usum* hominibus  
præbent *arctus* velut finibus circumscri-  
ptum, nec cum pluribus communicari  
aptum, quales in proprietatem ire pacis  
quàm maxime interest.

§. 126.

Aliæ vero res, cum *diversos* sui usus  
præbeant, secundum quosdam usus *ex-  
hauriri* possunt, secundum quosdam o-  
mnibus abunde *sufficiunt*. Respektu itaq;  
priori expedit, eas fieri proprias, res-  
pektu posteriori postulat lex de officiis hu-  
manitatis, ut isti usus aliis communice-  
tur.

§. 127.

Huc referimus lumen caloremq; So-  
lis, aerem, flumina & similia. Igitur  
non malignum & inhumanum est, si quis  
has res proprietati subjiciat, sed usum in-  
noxium earum aliis denegare velle, id  
inhumanum foret.

§. 128.

Quodsi vero res *quoad omnes usus* suf-  
ficiat

ficiat omnibus hominibus, tunc demum à ratione abhorret eam velle dividere.

§. 129.

Notanter tamen addidi, si ejusmodi usus proferat res aliqua à naturâ sua quorum exercitium non det occasionem dissidii.

§. 130.

Unde patet, quamvis totius terre tanta sit magnitudo, ut ad quemvis usum omnibus populis sufficiat, non tamen vel ideo in communione manere potuit, quoniam post lapsum maxime ad peregrinendam ex ea utilitatem requiritur industria humana, & præterea etiam in illis usibus quos sine industriâ hominibus præbet occasio daretur litibus, si non per partes occupare eam licuisset.

§. 131.

Sed exemplum desideras fortè ejusmodi rei, quæ naturâ suâ usum omnibus præbeat hominibus citrà occasionem dissidendi. Dabo: Considera vastum Oceanum magnis continentibus Europæ, Africae, Asiæ, Americæ, terræ Australi & incognitæ interjectum. Ex hoc quoscunq; percipit usus homo, toti humano generi sufficiunt, neque industriam &

228 LIB. H. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
culturam desiderant. Quin & occasionem  
diffidiis non præbent, cum non sint quo-  
tidiani, ut timendum sit, frequenter ho-  
mines in usu Oceani concursuros esse.

§. 132.

III. Ex parte rei ad dominium habilis  
requiritur, ut res ipsa *apprehensioni & custo-  
diæ* hominum aliquatenus sit obnoxia.  
Quia enim proprietas includit jus alios  
homines ab eâ re arcendi, inutile hoc  
foret, nisi adversus alios in actum posset  
deduci, & frustra adeo proprium sibi quis  
assereret illud, ubi nulla ratione prohibe-  
re posset, quò minus cæteri ipso invito  
de istâ participant. Quo pacto peccare-  
tur in officium hominis erga se ipsum,  
quod jubet; suprà vires non esse nitèn-  
dum.

§. 133.

Quo arctius igitur res aliqua veluti  
claudi & circumscribi potest; eò facilius  
effectus proprietatis adversus alios obti-  
nentur, adeoque, quò aptior est aliqua  
res, ut injustæ aliorum manus ab illa ex-  
cludantur, eò securiorem ejusdem pro-  
prietatem sibi spondere licet.

134

## §. 134.

Uti tamen aliqua res non statim à proprietate est exempta, abs quâ non ita commodè aliorum manus possunt arceri, ita si quid ita sit diffusum, ut vel impossibile moraliter sit custodiâ qualicumque amplecti; aut ipsa custodia longè plurimum sit impensarum, non solum non præsumendum est, quæpiam rem tam onerosæ tutelæ sibi voluisse propriam reddere, sed & si vel maxime id quis voluerit, jure tamen voluisse non potuit.

## §. 135.

Exemplum iterum cape de vasto Oceano.

## §. 136.

Vides igitur, quid de controversiâ illustri de *maxio dominio*, sit pronuncian-  
dam; Nempe ut paucis me expediam, partes maris quæ ad *vastum Oceanum* referri nequeunt, per occupationem dominio subjici potuerunt, *Oceanus* jure non potest. Rem alii exposuerunt prolixius & erudite.

## §. 137.

Cæterum semel introducto dominio non sufficiebat amplius *occupatio sola* ad

230 LIB. II. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
proprietatem rerum acqvirendam, cum  
ea tam diu saltem valeret, donec res nul-  
lius dominio jam esset acqvista. Neces-  
sitas igitur humani generis atqve ejus  
utilitas exegit, ut præter occupationem  
& alii modi usurparentur.

§. 138.

Quos ex dictamine rationis, & quate-  
nus communiter inter gentes abstrahen-  
do à legibus civilibus, sunt recepti; do-  
ctrinæ gratiâ ita commodissimè *dividere*  
posses, ut alii sint *principales*, qui peculia-  
ribus constant regulis, alii *accessorii*, qui  
reliquorum omnium regulas pro diver-  
sitate circumstantiarum participant, ipsi  
verò novis regulis non gaudent.

§. 139.

*Principalis* modus est vel *originarius* vel  
*derivativus*. Per illum ab initio in rem ali-  
quam proprietatis introducit; per hunc  
dominium constitutum ab uno in alterum  
transit.

§. 140.

*Originarius* modus hodiè est *unicus*,  
*occupatio*; hæc verò est *apprehensio rei nul-  
lius cum animo sibi eam appropriandi*. Unde  
regula vulgaris; *Quicquid factum est, ad  
factum cedit*.

141.

## §. 141.

Prout autem res ipse variant; ita variat etiam rerum apprehensio. Hinc *mobilia* manibus, *immobilia* ingressione adeoque pedibus apprehenduntur.

## §. 142.

Est & alia inter hæc duo differentia; ad occupationem *immobilitum* sufficit solus corporis contactus, at in *mobilibus* requiritur etiam ut ex eo loco, ubi posita fuerunt, dimoveantur & in locum aut custodiam nostram transferantur. Quamquam forte dicendum sit, & in *mobilibus* sufficere apprehensionem absque motione, si modo illa demonstrari possit.

## §. 143.

Item res *mobiles* & præprimis *se moventes* occupantur instrumentis, v. gr. jaculis, laqueo &c. at *immobiles* jaculis v. gr. apprehendere nunquam inter gentes receptum fuit.

## §. 144.

Porro cum *mobiles* regulariter terminos certos ac fines habeant, nullum est dubium quin si unum rei terminum apprehendam, totius rei dominium acquisiverim.

## §. 145.

At in *immobilibus* quoniam hæ ferè naturaliter sibi cohærent, distingvendum erit. Vel enim eæ fines certos acceperunt ab hominum industriâ vel minus. In illis (quales sunt ædes) etiam præsumitur tota res acquisita si pars apprehensa corpore sit, v. gr. si quis ædes sit ingressus. In his vero necesse est, ut aliis signis corporeis declarem animum meum, quousque eas occupare voluerim.

## §. 146.

Quæ signa sunt, si limites ponam, si culturam his adhibeam &c.

## §. 147.

Denique cum *mobilia* accedant immobilibus non hæ istis, igitur abstrahendo à specialibus statutis occupatione mobilium nunquam acqvirentur immobiles. At *immobilium apprehensione* simul res mobiles his accedentes acquisitæ regulariter erunt.

## §. 148.

Pro *accessoriis* autem habebuntur omnes *res nullius*, quæ in rebus immobilibus continentur aut quarum sine immobilibus non est usus, siue sint mobiles in specie,

cie, ut res inanimatae, sive se moventes ut bestiae, sive supra terram, ut aër, sive intra eandem, ut v. gr. thesaurus.

§. 149.

Sive ita sint comparatae, ut istis statim possim uti pro lubitu, sive speciali & laboriosâ apprehensione ad utendum iis sit opus.

§. 150.

Sive sciam ubi eas deprehendere possim sive nesciam.

§. 151.

In eo tamen inter res se moventes & metas ab alio est differentia, quod dominium rerum se moventium ( quorsum etiam refero aërem ) sine speciali apprehensione sit saltem momentaneum & quamdiu eadem se ipsas non movent extra rem istam immobilem; quod si verò citrà factum humanum aliunde se conferant, desinat dominium nostrum, quoniam tunc sunt accessoriae aliarum.

§. 152.

Alia est ratio rerum mobilium in specie; quoniam enim hæ regulariter non nisi ab hominibus moventur, per ejusmodi motionem dominium meum non potest in-



144. LIB. II. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
ferventi, neque moventes earum domi-  
nium per apprehensionem acquirere,  
quoniam ante apprehensionem non e-  
rant nullius,

§. 153.

Quod si igitur is qui rerum immobilia-  
rum dominus per occupationem est fa-  
ctus, *res se moventes* separatim apprehendat, & eæ manebant in illius domi-  
nio, etiam si postea seipsas in alium trans-  
ferant locum.

§. 154.

Cæterum uti res semel acquisite per  
*derelictionem* desinunt esse in nostro do-  
minio & primævam conditionem reci-  
piunt, ita nullum debet esse dubium, e-  
arum dominium iterum quærendum  
esse per *occupationem*.

§. 155.

Ex dictis jam facile responderi poterit  
ad quæstiones spinosas Jurorum de ac-  
quisitione *ferarum* bestiarum, ac *omissione*  
earundem, de acquisitione *gemmarum in*  
*litore maris* inventarum, de *jure principis*  
*hodierno* in easdem, utrum pro *dominio*  
sit habendum, & an subditi contra *prohi-*  
*bitionem principis venantes ferarum* com-  
mit-

mittant? de acquisitione item *thesauri*,  
 utrum ad occupationem spectet? Et an  
 eo referri debeat acquisitio *missilium* &c.

§. 156.

Cum autem utilitas rei & in eo consistat, ut invitus rem retinere non cogi possim, sed eam pro lubitu in alium transferre queam, inde sequitur jam ut videmus modos acquirendi *derivativos*. Atque hi omnes abstrahendo à legibus nuntur *voluntate domini prioris* & ejus in quem dominium est transferendum; nihil enim tam naturale est, quam ut voluntas dominorum rem suam in alium transferre volentium effectu gaudeat.

§. 157.

Et de ejus quidem in quem dominium transferendum est voluntate raro oritur controversia: At quod *voluntas domini prioris* attinet, declaratur illa vel *expresse* vel *tacite*.

§. 158.

*Expresse per sola verba*, v. gr. si quis contestetur quod in favorem alterius id acceptantis renunciet dominio suo.

§. 159.

Vel per *verba quibus translatio possessionis*

236 LIB. II. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
sionis juncta est, qui modus una voce ap-  
pellari solet *traditio*.

§. 160.

Quoniam vero vox audita perit, scri-  
pta etiam & testibus presentibus ore  
prolata quoad interpretationem varias  
admittit disceptationes; à possessione  
verò usus rerum ferè dependet, ac ipsa  
possessionis translatio litigiis non ita est  
obnoxia, inde patet *evidentior* longè  
esse dominii translationem, quæ fit me-  
diante *traditione*.

§. 161.

Unde rursus sine magno labore re-  
sponderi potest ad quæstionem: Utrum  
*traditio* præcisè requiratur ad translati-  
onem dominii; an vero sit solius Juris  
Romani inventum? Item quibus ex ra-  
tionibus Romani in quibusdam negotiis  
& potissimum in ultimis voluntatibus  
*translationem dominii, sine possessione* ad-  
miserint? Denique cur legibus Romanis  
plures modi *factæ* vel *Symbolicæ traditionis*  
fuerint inventi? &c.

§. 162.

Porro quæ per *verba sola* fit dominii  
translatio, vel mediante *actibus inter-*  
*vices*

*vivos & contractibus fit, vel mediante ultima voluntate, seu testamento.*

§. 163.

*Testamentum* igitur hoc loco nihil est aliud, quam dispositio verbis declarata de eo, quod quis post mortem suam fieri velit de bonis suis.

§. 164.

Nam & illud in quaecumque mortalitatis solatium si non apud omnes Gentes, certè apud plerasque fuit receptum, ut quis vivus sua bona transferre posset in eventum mortis in eum quem maxime amaret.

§. 165.

Cæterum cum antiquissimis temporibus usitatum fuisse videatur, ut imminente jam fato palam suos heredes nuncuparent & patrimonium de manu in manum ipsis traderent, postea graves ob rationes multis populis aliud testamenti genus magis arrisit; ut nempe quocumque tempore placeret, ultimam suam voluntatem significare vel literis tacite consignare possent; quam mutare pro lubitu liceret, & ex quâ heredibus nuncupatis aut scriptis tum demum jus nasceretur, quando testator expiraret. 166.

§. 166.

Atque tales ultimæ voluntates licet merito magnum habeant favorem, ita tamen temperandæ erunt, prout necessitudinum ratio & utilitas civitatum requirit. Quæ & inde legibus siveverunt cavere, quomodo cuique testamenta sunt ordinanda. A quarum dispositione qui discesserit, veri non potest, suæ voluntatis non fuisse habitam rationem.

§. 167.

Quoniam autem sæpius non expedit, ut totam rem meam in alterum transferam, sed *utilitatem* saltem ac *commoditatem* aliquam, quæ opus habebat alius, proprietate mihi retentâ, inde & has commoditates vel per sola verba, vel per conjunctam traditionem, vel per ultimam voluntatem gentes communiter transferre consueverunt.

§. 168.

Fis vero hæc translatio ita, ut saltem intendatur *obligatio personalis*, ac nullum onus ipsi rei commoditatem illam præbenti imponatur quod fit v. gr. in *commodato*, *locatione* &c. vel ut alter intuitu istius utilitatis *jus aliq. in re nostrâ* salvâ tamen.

tamen nobis manente proprietate nantiscatur.

§. 169.

Et hoc quidem casu vel *proprietatis nostre* quædam *particula*, dependens tamen atque in respectu ad nostram ignobilior unâ cum potestate utendi fruendi alteri transcribitur, unde oritur distinctio inter *dominium directum & utile*, ejus species sunt, *jus emphyteuticum, superficiarium, & Vasalli in Feudum; vel proprietas tota* apud nos remanet.

§. 170.

Quo pacto vel intenditur in specie *servitutis* ejus qui utilitatem nobis aliquam attulit, ut *indemnis* fervetur, & vocatur *Jus hypotheca vel Pignoris*; vel alia quædam quæcunque *utilitas*, & dicitur *servitus*.

§. 171.

Quod si illa utilitas principaliter *personam* alterius respiciat, nominatur *servitus personalis*, quales sunt, *ususfructus, usus, habitatio, operæ servorum &c.*

§. 172.

Quod si vero respiciat *primario utilitatem prædii alieni*, dicitur *servitus realis*.

## §. 173.

Et quidem si prædium illud spectet ad usum urbanum ædificiorum, appellatur *servitus urbana*, si ad *rusticum*, quæ consistit in agri culturâ & pecuariâ; nominatur *servitus rustica*.

## §. 174.

*Servitutis urbanæ* species sunt, *servitus oneris ferendi*, *tigni immittendi*, *protegiendi* & *projiciendi*, *stillicidii vel fluminis recipiendi vel non recipiendi*, *fumi*, *cloacæ*, *luminum*, ne luminibus officiat, *altius tollendi vel non tollendi*, *prospectus*, ne prospectui officiat &c.

## §. 175.

*Servitutum rusticarum* exempla sunt *servitus itineris*, *actus*, *viæ*, *aquæ ductus*, *aquæ haustus*, *pecoris ad aquam appulsus*, *pascendi*, *calcis coqvendæ*, *arenæ fodiendæ*, *cretæ lapidisque eximendi*, *ligna secandi*, *uvas premendi* &c.

## §. 176.

Sed de his quidem juribus explicandis maximam partem sollicita est *Juris prudentia Romana*, quoniam ejusmodi juriû translationes frequentissime inter privatos oriri solent. Quam adeò ob singularem

rem æqvitatem, & quia Jcti Romani sæpissime ex dictamine rectæ rationis controversias diremerunt, gentes Europææ maximam partem & in conventionibus publicis observare solent. Quatenus autem & ipsa quandoq; ex rationibus merè civilibus quæstiones definivit, id commodius alibi demonstratur.

## §. 177.

Ergò in viam redeamus, non neglecturi videlicet translationem domini, quam suprà *tacitè* fieri diximus. Locum illa habet potissimum tum in *successionibus ab intestato*, tum in *usucapione*.

## §. 178.

*Successio ab intestato* tum habet locum, si quis nullum testamentum reliquerit, vel heres testamento scriptus noluit aut non potuit heres esse.

## §. 179.

Tunc igitur moribus communibus gentium receptum est, ut res relictæ non habeantur pro derelictis & quæ occupantibus debeant cedere; partim quoniam præsumebatur potius quis mortalitate præventus esse, aut in spe sua quam de amico quodam sibi fecerat deceptus.

Qq

§. 180.



## §. 180.

Quapropter ex tacitâ defuncti voluntate communiter constitutum fuit, ut is bona sibi vindicaret, qui tempore mortis *firmissimâ amicitia* à defuncto dilectus erat.

## §. 181.

Quis vero hoc *amici* nomine insigniendus esset, *conjecturis* erat opus, difficilioribus omnino, cum homines in amicitiiis suis variant maxime.

## §. 182.

Et quidem cum *amicitia* nitatur vel causis *naturalibus*, communitate nempe sanguinis, vel rationibus *spontaneis* ac peculiaribus; *posterior* hæc ad præsens negotium non ita commoda visa fuit propter summam definitionis difficultatem ac propè impossibilitatem. Cui accedebat, quod cum hæc difficultas non incognita fuerit defuncto, & verò eidem facile per conditionem testamenti obvenire potuisset, hoc neglecto, ipse videretur declarare voluisse, non attendendos esse amicos ejusmodi.

## §. 183.

Remanebat itaque *prior amicitia*, ad quam

quam cum majoribus stimulis actus fuisse præsumeretur defunctus, quò proximior fuisset sanguinis communio, inde ferè communiter gentes in assignandâ hereditate istam fuere secuti regulam, quod *proximior sanguine debeat eandem acquirere.*

## §. 184.

Porro quemadmodum regularum, quæ ex conjecturis formantur, nulla est sine *exceptione*, ita & gentes, alias prioribus addentes conjecturas, exceptiones quasdam ab illa regulâ fecere; quas doctrinæ causâ in *communes*, à circumstantiâ videlicet omnibus hominibus communi desumptas, & *proprias*, quæ circumstantias uni genti vel pluribus peculiare respiciunt, dividere posses.

## §. 185.

Nituntur utræque exceptiones distinctione consanguineorum vulgatâ, in tres ordines, *descendentium*, *ascendentium* & *collateralium*.

## §. 186.

*Descendentes* seu liberos quod concernit, hi quidem à præfatâ regulâ *universalem* exceptionem fecerunt, ut videlicet,

Qq 2                      quoc.

244 LIB. II. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
quoc. gradu sint, adscendentibus & col-  
lateralibus omnibus præferantur, ob  
σοφυν̄ universalem parentum, magis  
semper descendentem quam ascenden-  
tem.

§. 187.

Cui cum accederet in multis casibus  
( & nempe, quovis liberi nondum essent  
adulti, ut ipsi sibi de divitiis commodè  
prospicere possent ) debitum naturale,  
quo parètes obstringuntur liberis prospici-  
cere de alimentis, eò magis creditum  
fuit, parentes sine testamento defunctos  
liberis quam lautissimè voluisse prospici-  
cere ac quæ sibi super fuerant ipsis potis-  
simum voluisse relinquere.

§. 188.

Sed quod *adscendentium & collateralium*  
ordines attinet, tam aperta ratio non fuit,  
uter ex his ordinibus alteri præferendus  
esset, cum in omnem partem non defice-  
rent conjecturæ probabiles: sive asseras  
fratres præferendos esse parentibus se-  
cundum Jus Romanum antiquius, sive  
fratres parentibus postponas cum Jure  
Saxonico; sive & parentes & fratres, cū  
Jure Justiniano, simul admittas.

189.

## §. 189.

Ne ergo litibus difficilioribus anfa daretur, necesse fuit, ut vel per leges vel per pacta disputationes hæ in antecessum tollerentur. Quapropter nulla Respublica est, nulla provincia, quæ non leges vel scriptas vel non scriptas in materiâ successionis ab intestato sequatur.

## §. 190.

Quæ simul de prærogativâ *legimitatis sexus, atatis, agnationis, jure representati-  
onis*, etiam in ordine descendentium, subinde disponunt.

## §. 191.

Sequitur *usucapio*, quæ dicitur, cum quis rei alicujus possessionem nactus, eam diu quietam & non interruptam obtinuit. Tum enim pro perfecto ejus rei domino habetur, ita ut antiquum dominum, si postea rem eam vindicare velit, repellere queat.

## §. 192.

Obtinet autem tum inter *diversas gentes*, tum inter *homines privatos*.

## §. 193.

Utrobique finis *communis & ultimus* est tranquillitas humani generis, cujus interest,

Qq 3

terest,

246 LIB. II. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
terest, ut dominia aliquando sint in certo,  
& ne fenestra aperiatur bellis, si liceret  
rem quæ olim ad nos vel nostros perti-  
nuit vindicare.

§. 194.

Sed rationes *speciales* utriusque usucapionis quam maximè variant. In usucapione *Gentium* unica est, *tacita derelictio antiqui possessoris*, qui, ratiocinatione à communi hominum consuetudine petita, rem pro derelicto habere præsumitur, quam per longissimum temporis spatium neque vindicavit, neque ejus vindicandi desiderium publicè declaravit.

§. 195.

Unde hujus usucapionis ferè unicum *requisitum* est *possessio alterius quæta per longissimum tempus*, quod adeo determinari ob circumstantiarum varietatem nequit, in genere autem tantum ejus spatium requiritur, ut demonstrari possit, per id priorem dominum scivisse rem suam ab altero possideri, neque defuisse occasionem contradicendi.

§. 196.

Tale vero haud dubiè est tempus *centum annorum*.

## §. 197.

Quod si igitur quocumque modo quis intra id tempus possessori serio *contradixerit*, non curret inter gentes præscriptio.

## §. 198.

Hinc receptum est, ut vel sola *tituli usurpatio* præscriptionem alterius interrumpat.

## §. 199.

At inter homines *privatos*, ut usucapione mediante quid acquiratur, *leges civiles* non primario respiciunt ad tacitam alterius derelictionem, sed hæc principaliter intendunt *coercitionem negligentia* in subditis.

## §. 200.

Unde *certum ac brevius tempus*, idque pro diversitate rerum usucapiendarum varians, anni, biennii, triennii, decennii, vicennii, tricennii &c. determinarunt, intra quod usucapio perfici possit etiam si antiquus possessor per illud *nesciverit*, ubi res sua sit, aut extra iudicium *protestatus* sit sæpius.

## §. 201.

Ne tamen hoc modo iniquis possessoribus nimium gratificaretur, ulterius re-

quisiverunt in eo, qui usucapere vult, *bonam fidem & justum titulum*, tùm & intuitu rei, ut sit in *commercio* privatorum neque *furtiva* aut *vi possessa*.

§. 202.

Quoniam igitur hoc pacto non possunt non multæ conclusiones quoad usucapionem privatorum oriri, quas ignorat præscriptio Juris Gentium, inde & Jcti usucapionem inter privatos retulerunt ad *modos acqvirendi Juris Civilis*.

§. 203.

Ad quos etiam pertinet, quando lex *invito priore domino* aliàs per modum pœnæ rerum dominia transfert, dum ob delicta damnatis interdum omnia bona, interdum certa earum portio eripiuntur & vel publico vel læso applicantur.

§. 204.

Nam inter gentes nullus modus obtinet, per quem invito domino res sua auferatur.

§. 205.

Etsi enim in *bello* invitis res per hostem viribus superiorem eripiuntur, raptorique acqviruntur, ad eas tamen recuperandas pari violentiâ prior dominus jus non amittit.

mittit, quousque per subsequentes pacis tractatus omni prætensioni ad easdem renunciaverit.

## §. 206.

Restatut de modo acqvirendi *accessorio* quædam dicamus, qui & propterea *Accessio* dicitur. Absolvitur is unâ regulâ: *Accessorium sequitur dominium rei principalis*. Unde nihil novi hic expectandum erit; siye enim res principalis per *occupationem*, siye per modum acqvirendi *derivativum* fuit acqvista eodem jure simul acqvista est res accessoria.

## §. 207.

De *occupatione* supra jam dedimus exemplum. Ita in *traditione*, cui ædes sunt venditæ ac traditæ, simul acqvista censentur ædium accessoria.

## §. 208.

In *applicatione* tamên regulæ subinde oriuntur controversiæ, quænam res pro *principali* quænam pro *accessoriâ* haberi debeat.

## §. 209.

Ubi quidem id extra controversiam esse videtur ut *fructus* rerum pro accessionibus earum habeantur, sunt enim pars rei.



## §. 210.

Ex quo sequitur, quod & *Fœtus pecudum* ex naturali ratione pertineat ad dominum foemellæ. Hujus enim pars fuit.

## §. 211.

Qui vero arbitrantur *domino maris* partem aliquam deberi de foetu, præterquã quod iis jam alii satisfecerint, videntur dubiã uti hypothefi, vel acfi foetus fit accessorium maris, cum tamen non fit ejus pars, vel acfi generatio fit modus acquirendi domini, quod ratione destituitur.

## §. 212.

De aliis verò accessionibus major est controversia, v. gr. utrum *pictura* tabulæ, *scriptura* chartæ, *species* materiæ cedere debeant? Mihi sic videtur.

## §. 213.

Quando duæ res (sub rebus vero includo & operas) concurrunt, aut alio modo uniuntur; vel *ambæ sunt meæ* & tũ nullum est dubium quin & eadem conjunctæ sint meæ v. gr. quando ex meis medicamentis facio emplastrum, ex meo argento poculum.

## §. 214.

Vel *una barum nullius* est, altera mea, tunc postquam illius per occupationem dominus factus fui; manet etiam mea post unionem, ut, si ex carne ferinâ cibū parem.

## §. 215.

Vel *una barum est alterius*, tūm si tantum scientiam dominii alieni confusam habeam, hoc est, *si prior dominus dominium suum probare nequeat*, ratio naturalis svadet ut sit ejus cujus rei adjungitur, v. gr. in alluvione, in thesauro.

## §. 216.

Quod si vero dominium istius rei *possit demonstrari*, verisimilius est, abstrahendo à legibus civilibus nihil hic novi acquiri, sed utrumque nostrum esse rei istius dominum, adeoque *rem utrique pro rata fieri communem*.

## §. 217.

Sive conjunctio rerum facta fuerit casu, sive voluntate utriusque, sive voluntate unius, sive ex facto tertii.

## §. 218.

Sed quod si uterque nostrum in comunione manere nolit, alia jam est  
qvæ-

252 LIB. II. CAP. IX. DE OFFICIO CIRCA  
qvæstio; ad qvem in *communi dividundo*  
*judicio* res pertinere debeat; qvæ non  
tam ad modos acqvirendi domini qvàm  
ad *officium judicis aut arbitri* pertinet.

§. 219.

Et huc respexerunt potissimum *Jcti*  
*Romani* & Justinianus, cum v. gr. de spe-  
cificatione picturâ, scripturâ, adplum-  
baturâ, ferruminatione &c. controver-  
sias dirimunt.

§. 220.

Qvorum sententiam prolixius exami-  
nare uti nostri instituti non est; ita fortè  
non incommodè sic dici poterit.

§. 221.

Vel res conjunctæ *facilem admittunt*  
*separationem*, tum separentur & unicuiq;  
restituatur suum.

§. 222.

Vel *non admittunt*, tum conjungens  
si res conjuncta sit *fungibilis*, alteri resti-  
tuat æqvivalentem, qui adeò, qvòd con-  
qveratur, causam non habet, cum affectio  
non cadat in res fungibiles.

§. 223.

Qvod si res alterius sit *non fungibilis*,  
per generalia axiomata judicis officium

ex-

exponi nequit, cum circumstantiæ hic nimium quantum variare possint.

## §. 224.

Etsi enim loco fundamenti hic ponere velis regulam, quod id debeat pro principali haberi, sine quo alterum esse non potest, vix tamen eadem pro normâ universali adjudicandi haberi poterit.

## §. 225.

Non solum quod multi occurrant casus ubi illa regula ad utriusque res accommodari poterit, ut in specificatione; neque enim forma sine materia neque materia sine formâ esse poterit.

## §. 226.

Sed & quod sæpius attendendum sit ad pretium rerum, ita ut pretiosioris dominus prævalere debeat, quod Justinianus in pictura, mores nostri in scriptura sequuntur.

## §. 227.

Neque omittenda est *indigentia prioris domini*, quæ & ipsa favorem ei addet. v. gr. si quis justo errore alterius agrum conserverit, & annonæ caritas oriatur, iniquum foret frumentum eidem abjudicare &c.

228. Igi-

## §. 228.

Igitur in ejusmodi casibus res committenda erit prudentiæ arbitri. Neta-  
men in civitate judicum cerebrinæ æ-  
quitati decisio negotiorum committatur,  
reipubl. interest.

## §. 229.

Qvo pacto melius est si Princeps axio-  
mata quædam præscribat judicibus, ab eò,  
quod plerumque procedit, de sumta; & si  
eadem tallant in casibus non nullis, uti  
Justinianus fecit in specificatione.

## §. 230.

Ex iis quæ hætenus fusius de dominio  
& præcepto id comitante disseruimus,  
patet *summam* officii aliorum hominum  
intuitu domini his punctis includi com-  
mode posse. Vel *res apud dominum ad huc  
extat* vel pervenit ad tertium. Illo casu  
tenetur quilibet *pati*, eum rebus suis qui-  
etè frui, neque vi aut per fraudem illas  
corrumpere, intervertere aut ad se tra-  
here. Fluit hoc ex præcepto de non læ-  
dendis aliis.

## §. 231.

Quod si res *ad tertium pervenit*, tum i-  
ste est vel malæ fidæi possessor vel bonæ  
fidei,

fidei. *Male fidei possessor* tenetur rem seu ejus pretium, cum omnibus fructibus omniqve interesse restituere. Deducitur hæc propositio ex capite de damno dato refarciendo.

## §. 232.

*Bona fidei possessor* vel rem ex contractu cum ipso domino celebrato detinet v. gr. ex commodato, locato, deposito, & tunc secundum legem contractus rem domino restituere tenetur, quæ conclusio ex præcepto de fide data servanda derivatur.

## §. 233.

Vel aliàs bona fide rem cum animo sibi habendi detinuit, ignorans videlicet, alium istius rei esse dominum. Et tunc aut res ipsa adhuc extat, aut fuit consumpta.

## §. 234.

Priori casu tenetur bonæ fidei possessor efficere quantum in se est, ut illa in potestatem legitimi seu domini redeat.

## §. 235.

Posteriori casu, si res aliena bonâ fide parta sit consumpta, tantum debet restituere domino, quantum factus est locupletior.

236. Quæ

§. 236.

Quæ duæ assertiones partim videntur fluere ex præcepto de præstandis officiis humanitatis, partim, & potissimum quatenus bonæ fidei possessor post scientiam bonam fidem amittit, ex præcepto de non lædendis aliis.

§. 237.

Quodsi dictis rationibus addere velis universale pactum humani generis primævi, & ex eo etiam bonæ fidei possessoris obligationes deducere, non refragabimur.

§. 238.

In *particularibus autem conclusionibus*, quas Doctores de officio bonæ fidei possessoris formant, nos non detinebimus, partim quod jam alii eas optimè explicaverint, partim quod eadem prolixius soleant disputari in Jure Justiniano, partim denique, quod illarum non paucæ raro inter gentes videantur occurrere.

CAP.

CAP. X.

De Officio circa Re-  
rum Pretia.

§. I.

**P**ost introducta rerum dominia cœpe-  
runt commercia inter homines, quæ  
nihil aliud sunt, quam commutationes  
rerum (sub quo nomine intelligo & o-  
peras) mutuæ. Cum enim non omnis  
ferret omnia tellus, neque quilibet qui-  
bus opus haberet vel delectaretur possi-  
deret, necesse erat, ut quæ sibi deessent  
peteret quis ab altero, & cum non omnia  
gratis postulare poterat, ut pro illis rebus  
alteri aliam quandam rem ipsi usu futu-  
ram offerret.

§. 2.

Cœterum cum hoc pacto is qui rem  
vel operam suam alteri donare nollet,  
regulariter intenderet, ut æquivalens pro  
re sua acciperet, & vero sæpissimè com-  
mutarentur res diversæ essentiæ, inde si-  
mul sponte sua secutum fuit, ut conven-  
tione aliquâ ab hominibus rebus impo-  
neretur affectio quædam, secundum quam

R r

res



258 LIB. II. CAP. X. De OFFICIO CIRCA  
res disparis naturæ invicem comparari  
æ exæquari possent.

§. 3.

Est vero *exæquatio* comparatio rerum  
plurium secundum quantitatem earum,  
eaque vel secundum quantitatem *mathe-*  
*maticam*, scilicet secundum tres dimen-  
siones, vel secundum quantitatem *mo-*  
*ralem*, seu valorem, quarum posterior  
est hujus loci, & vocatur *pretium*.

§. 4.

Est igitur *pretium* valor rerum & acti-  
onum in commercium venientium,  
quatenus usum aliquem & delectatio-  
nem hominibus afferunt.

§. 5.

Postulavit itaque, ut vides *tranquilli-*  
*tas* humani generis **UT PRETIUM**  
**CONSTITUERETUR**, simul in specie  
*custodia equalitatis* & præceptum de offi-  
ciis humanitatis exhibendis, quia quilibet  
cum quibuslibet possunt commercia quæ-  
dam habere & per horum exercitium e-  
tiam ex parte aliorum commoda pro-  
moventur.

§. 6.

Cæterum *pretium* est vel *vulgare*, cū  
mu-

mutuo inter se res quæcunqve & operæ conferuntur, vel *eminens*, ad quod nempe cæterarum rerum pretia vulgaria exigerentur & in quo eadem continerentur virtualiter, quod appellatur nummus vel pecunia.

## §. 7.

Ita v. gr. in *permutatione* locum sibi vendicat utrobique pretium vulgare; at e. gr. in *emtionem* adhibetur pretium eminentens.

## §. 8.

*Vulgare* pretium antiquius est eminenti, & tamdiu videtur usum habuisse, quamdiu homines in simplicitate primæ vâ constiterunt. Quo simplicior enim fuit populus, hoc est, quo magis fuit contentus rebus ad sustentationem vitæ necessariis, eò diutius permutatione mutua rerum & operarum fuit contentus.

## §. 9.

*Eminentem* pretio partim luxuria, partim studium augendæ civitatis primitus causam dedisse videntur.

## §. 10.

Postquam enim varia homines ad commoditatem aut voluptatem deside-

rare cœperunt, non sane in proclivi fuerat cuius ejusmodi res possidere, quas alter suis mutare vellet, aut quæ alterius rebus æquivalerent.

## §. II.

Porro in Civitatibus quæ cultæ ac moratiores præ aliis (quas barbarorum idcirco nomine insigniverunt) videri volebant, necesse erat, ut cives secundum plures eosque variantes status dividerentur, quorum complura genera vitam planè non tueri aut ægrè queant, si à luxuriâ & eminente pretio abstrahas.

## §. 12.

Cœterum uti ex præcepto custodia æqualitatis homines ad rerum pretia invenienda obligatos fuisse diximus, ita & determinatio pretii, abstrahendo à pactis gentium & legibus civilibus, ex illo præcepto per modum conclusionis est elicienda. **ITA COMPARA REM TUAM AD REM ALTERIUS, UT NEQVE IPSUM SINE JUSTA CAUSA INÆQVALEM TE JUDICES, NEQVE DOLO DECIPIAS, NEQVE OFFICIA HUMANITATIS PLANE NEGLIGAS.** Primum fluit ex præcepto de vitanda

tanda superbia, alterum ex præcepto de non lædendis aliis, tertium ex lege de exhibendis officiis humanitatis.

## §. 13.

Ita v. gr. contra *primum* peccaret, qui rem suam fungibilem, v. gr. suum frumentum, suum vinum, suam pecuniam magis æstimaret alterius frumento, vino, pecuniâ ejusdem bonitatis.

## §. 14.

Ita contra *secundum* peccat, qui Virtutem rei quæ non adest, commendat sciens, item qui vitium rei tacet.

## §. 15.

Ita contra *tertium* peccaret, qui pauperi v. gr. carius rem suam vendere vellet, quam diviti &c.

## §. 16.

Quemadmodum vero, uti simul supra diximus, præcepta de vitanda superbia & exhibendis humanitatis officiis non semper jus perfectum produciunt, & officiorum humanitatis exhibitio ulterius multas requirit circumstantias non ad eò in sensus incurrentes, sic inter eos potissimum qui vivunt in *statu naturali* regulæ posteriores *speciales* de *determinatione*

1-1-c-1-6-110.

1-2-c-5-6-23.

pretii dari nequeunt, sed ulterior disquisitio relinquenda erit cujuslibet conscientiae.

## §. 17.

Unde quoniam in hoc statu contractantes manent aequales, sequitur quod hic utrobique locum habeat potissimum, *pretium affectionis*, hoc est, quod, si licentiam exterioriorem spectes, in permutatione liceat utrique venditori pro re sua magnam pecuniae summam postulare, emptori verò longe minorem eidem offerre.

## §. 18.

Quorsum respexisse videntur Romani, dum dicunt: *naturaliter in emptione licere contrahentibus se invicem circumvenire*. Facit eò exemplum histrionis nî fallor Græci, qui postquam promiserat populo, quod vellet cupidines cujusvis manifestare, verè elocutus est, *omnes cupere vilius emere & carius vendere*.

## §. 19.

Igitur inter eos, qui in hoc statu vivunt, non locum habebit *rescissio contractus propter lesionem ultra dimidium*.

20. Sive

## §. 20.

Sive enim dolus unius contrahentium hic adfuit; tum rescissio locum habebit ex capite doli, etiam si læsio sit longè intra dimidium.

## §. 21.

Sive nullius dolus intervenit, tum, si sciens uterque contraxit, nulla causa rescindendi adest, ne quidem ex jure civili.

## §. 22.

Sin uterque errans & ignorans, non ad dimidium hic respici poterit, quoniam inter hos qui pro lubitu æstimant, nihil est, ad quod dimidium compares, sed necesse est, ut ad ea recurramus, quæ supra de errore in contractibus monuimus.

## §. 23.

Æstimabit tamen hoc casu quilibet in quantum imperfectè licet, ipsum obstringit lex de officiis humanitatis.

## §. 24.

Sed cum per hunc æstimandi modum non multum promoveantur rerum comèrcia, & inter eos qui æquales sunt æqualitatis custodia non melius observatur, quam si singuli se accommodent ju-

Rr 4

dicio

264 LIB. II. CAP. X. DE OFFICIO CIRCA  
dicioplurium, inde non sine ratione re-  
ceptum est inter gentes, ut uterque con-  
trahentium respicere soleant ad judicia  
& æstimationem sui similium in similibus  
negotiis, eamque conventionem pro æ-  
qua habeant, ubi ista æstimatio fuit ad-  
hibita, pro iniquâ contrâ, ubi fuit o-  
missa.

§. 25.

Ergo intuitu hujus consuetudinis pos-  
ses pretiū affectionis distingvere in *com-  
mune*, & *pretium affectionis strictè* sic di-  
ctum.

§. 26.

*Commune* voco, cum quis in permu-  
tandâ re sua utitur æstimatione consuetâ  
aliorum.

§. 27.

Affectionis strictè sic dictum, cum quis  
rem suam peculiariter æstimat, magis  
quam alii soleant.

§. 28.

Quod & ipsum tamen si adhibeatur,  
aliquando non habetur pro iniquo, si vi-  
delicet adsint peculiare circumstantiæ,  
non ita frequentes equidem, sed ob quas  
tamen & alii res suas carius æstimare con-  
sueverunt.

29. Igi-

## §. 29.

Igitur paucis exponendum erit *fundamentum* utriusque hujus pretii inter gentes recepti.

## §. 30.

*Commune* quod attinet, falluntur certè qui id quærunt in *nobilitate substantia & præstantiâ*, quam una res habet præ alterâ.

## §. 31.

Quod si enim hoc esset, sequeretur, majus esse pretium debere nequissimi, **D**amæ præ equo generosissimo, pulicis præ plantâ saluberrimâ, petroselini præ gemmis aut unionibus pretiosissimis, quod est absurdum.

## §. 32.

Et quomodo æstimarentur operæ hominum inter se, quoniam hæc quidem substantiam non habent?

## §. 33.

Neq; fundamentum hujus pretii quærerem in *aptitudine rei vel operæ, quâ aliquid mediatè aut immediatè conferre potest ad vitæ humana necessitates, aut ad eandem commodiorem vel jucundiorem reddendam.*



## §. 34.

Equidem verum est necessitatem, commoditatem aut jucunditatem rei movere contrahentes ad acquisitionem earum, non tamen movent ad determinationem pretii.

## §. 35.

Unde rectè quidem dico: Res, quæ nullum planè usum præbēt, esse *nullius pretii*; & rectè plerumque dico; quod res utilitatem homini afferentes sint *alicujus pretii*. Non tamen dicere possum, quod res inter se comparatæ pro diversitate utilitatum sint *majoris aut minoris equalis item pretii*.

## §. 36.

quod si enim hoc foret, necesse esset, rem homini necessariam semper magis æstimandam esse in commerciis, quam rem commodam, & hanc magis quam jucundam. At quoties annona vilius emitur gemmâ vel unione?

## §. 37.

Accedit, quod multæ sint res vitæ humanæ *utilissima*, quibus *nullum pretium impositum* est, vel quia debent esse domino vacuæ, ut sunt superiores partes aëris, æther

æther ac cœlestia corpora, vastusq; oceanus, vel quia ad permutationem sunt ineptæ, & inde à commerciis sepositæ, ut liber homo, vel quia in commerciis nunquam aliter quam accessorium alterius rei considerantur, ut lumen solis, purus aër, amœna facies terræ, ventus, umbra &c. (quamvis & hæc augeant vel minuant pretium fundorum ac prædiorum) vel quod leges divinæ vel humanæ eas vetuerunt venire in commercium, quales sunt actiones sacræ, administratio justitiæ &c.

## §. 38.

Quid ergo dicemus? Potissimum momentum in pretis rerum afferre solet *raritas*, sive res homini necessarias respicias, sive utiles saltem aut jucundas. Unde vulgare: *Omne rarum carum.*

## §. 39.

Ita *annona* vilis est, ubi magna ejus est copia, carior ubi minor, carissima & sæpe nullo pretio æstimabilis tempore famis.

## §. 40.

Ita rebus non necessariis, & quibus vita humana commodissime carere poterat, luxuria hominum enormia pretia posuit pro-

268 LIB. II. CAP. X. DE OFFICIO CIRCA  
propter earum raritatē, & quod ex locis  
remotis eadem afferuntur, v. gr. *gemmis,*  
*minibus, calpis,* cum rariores essent &c.

§. 41.

In *rebus artificialibus* subtilitas & ele-  
gantia artis, fama artificis, operis difficul-  
tas, artificum paucitas & similia, omnia  
raritatem involvunt.

§. 42.

Eadem est ratio *operarum & actionum,*  
quarum pretia intendit earum difficul-  
tas, dexteritas, utilitas, necessitas, agen-  
tium raritas, dignitas, & denique ipsa ar-  
tis opinio, nobilis an ignobilis illa habe-  
atur.

§. 43.

Simul ratio apparet præcipua, eum gen-  
tes pro pretio eminenti communiter  
receperint *metalla non admodum frequen-*  
*tia.* Præterquam enim quod illæ sub-  
stantiæ sunt valde compactæ, ut non fa-  
cile deleri queant & divisionem in plures  
minutas particulas admittant; raritas  
potissimum earum facit, ut multis aliis  
rebus æquivalere possint & sic easdem  
per eminentiam quasi metiri.

## §. 44.

*Fundamentum pretii affectionis*, est affectus non frequentissimus equidem, sed non paucis tamen hominibus probatus; v. gr. quod ille, à quo res in nos profecta est, maximi à nobis fiat, exprimendoque ipsius affectui data sit; aut quod eidem adveverimus, aut quod insignis casus sit monumentum, aut ejusdem ope magnum malum declinaverimus, aut quia à nobismet ipsis confecta sit &c.

## §. 45.

Atque hæc potissimum obtinent in statu naturali. At in civitatibus horum utilitas requirebat, ut tanta laxitas determinandi non relinqueretur subditis. Unde hic rarissima sunt exempla *pretii affectionis*, utpote cujus usus ibi non nisi ubi de restitutione damni dati agitur, neque hic tamen in unum esse solet.

## §. 46.

*Commune* adhuc equidem frequentatur, ut nempe respiciatur ad usum fori, in quo præter raritatem rerum etiam solet adhiberi ratio laborum & impensarum, quas mercatores communiter faciunt in mercibus adportandis, & tractandis, nec non

non an in magnâ copiâ ematur aut vendatur an minutatim. Subito quoque mutatur commune pretium ex copia aut paucitate eementium pecuniæ aut mercium. Item momentum hæc affert utrū merx quærat emptorem, utrum venditor, aliàs non venditurus, ultrò fuerit rogatus: Denique an paratam quis pecuniam offerat, an in diem differat solutionem.

## §. 47.

In istis igitur rebus in quibus præfatæ circumstantiæ attendendæ sunt, princeps propter miram earum variationem non poterit léges certas de pretio statuere, sed necesse est, ut determinatio relinquatur arbitrio communi contrahentium.

## §. 48.

Quod & ipsum arbitrium, quoniam sæpissimè variat, ideo non poterit ejusmodi rerum pretium ad punctum redigi, sed aliquatenus laxitatem habet, ut v. gr. si alius in eâdem Republica pro duobus solidis rem aliquam comparavit, alius rem similem pro duobus cum dimidio, alius pro duobus dempto dimidio;

omnes

omnes tres rem justo pretio acquisivisse putandi sint.

## §. 49.

Ne verò hæc laxitas in infinitum quasi extendatur & ita lædentibus alios connoceatur, communis pretii tres communiter faciunt gradus, *infimum* seu pius, *mediocre* seu moderatum, & *summum* seu rigorosum. Intra quam latitudinem si subsistatur, carius aut vilius res aliqua emi vel vendi possit.

## §. 50.

Et eò fortè respexit Jus Romanum, rescissionem contractuum tum demum, (si quis adversarii dolum probare non posset) concedens, si quis *ultrà dimidium* læsus esset, h. e. ut ego intelligo, si quis *ultrà alterum tantum* pretii *infini* dedisset, vel ne quidem *dimidium* pretii *summi* accepisset, quæ *etiam* videlicet has metas rarissimè excedere solent homines mercium periti, etsi in æstimatione variantes.

## §. 51.

Quæ constitutio etsi non omnibus arideat, videlicet quod is terminus sæpius iniquitatem secum ferat, in rebus majoris



ris momenti v. gr. si quis ædes emerit pro 5000. thaleris, quæ communiter & quoad pretium infimum pro 3000. à nemine ultra 4000. thaleros æstimantur; tamen pro justitia legum Romanarum videtur dici posse, eos succurrere voluisse iis qui res minoris momenti emerent, in quibus videlicet non expedit, diutius sciscitari de pretio; at illū qui in rebus majoris momenti ita negligens esset ut talem læsionem satis enormem incurreret, beneficio legum indignum fuisse visum.

## §. 52.

§. 47. Accedit, quod in casibus ejusmodi majoris momenti facilius alterius dolus probari posset, qui restitutionem etiam in læsione intra dimidium operabatur.

## §. 53.

Quod si tamen princeps videat, quod ipse rerum pretia determinare possit, quod potissimum in rebus fungibilibus & domesticis, in operis item vulgaribus procedit, ad lites præscindendas optimū est, si hoc faciat.

## §. 54.

Oritur inde nova pretii species eis, qui in statu naturali vivunt, incognita, quæ *Pretium legitimum* appellari consuevit.

## §. 55.

Quod adeo latitudinem non habet, sed ferè in puncto consistit, ut quantumcumque excessu in iustitia committatur.

## §. 56.

In tantum, ut non solum *plus accipere* sed & sæpius non liceat *plus dare*, præprimis eo casu ubi determinatio pretii non tam propter utilitatem singulorum quam ob utilitatem publicam & per modum legis sumptuariæ facta sit.

## §. 57.

Quin nec licebit semper *minus accipere*, præprimis si determinatio pretii ad prohibitionem monopoliorum respexerit, aut, in favorem communem mercatorum lata sit.

## §. 58.

Postquam de dominio & rerum pretio diximus, postulabat ordo, ut & de *contractibus*, qui ferè dominiorum distinctionem & inventa pretia præsupponunt,

S s

eorum-



**274 LIB. II, CAP. X. DE OFFICIO CIRCA**  
eorumque à *pactis* divisione quædam  
nunc differeremus.

§. 59.

Sed si verum fateri volumus, ignorat  
Jurisprudencia divina istam pactorum &  
contractuum divisionem, cum ea tota,  
quanta quanta sit, originē debeat Romanis,

§. 60.

Scilicet volebant Romani antiquitus  
prospicere, ne subditi per nimiam pro-  
mittendi promptitudinem seu gratuitam  
seu mutuum læderentur, quapropter  
statuerunt, ut ex meris promissionibus ci-  
trà dationem nulla oriretur efficax obli-  
gatio, nisi quis per solennem *stipulatio-*  
*nem* alteri quid promississet.

§. 61.

Unde antiquissimis temporibus sola  
*stipulatio contractus* fuisse, reliquæ pro-  
missiones omnes *nudorum pactorum* no-  
mine venisse videntur.

§. 62.

Donec ab hac regulâ quod pactum nu-  
dum actionem producere non deberet,  
quædam negotia pedetentim vel pro-  
pter præstationem subsequutam, vel pro-  
pter eorum frequentiam & necessitatem  
ad

ad promovenda commercia & quotidia-  
nam utilitatem civium, vel propter ad-  
hærentiam contractuum, vel propter sin-  
gularem æquitatem primævæ intentio-  
ni omninò contrariam eximerent.

## §. 63.

Hinc distinctiones inter *pacta nuda & non nuda*, horum in *legitima & adjecta*; adjectorum in *nescio quas subspecies obscurissimas*, quarum singulæ infinitis litigiis inter JCtos dederunt occasionem, ortæ sunt.

## §. 64.

Eidem fonti originem debent divisio-  
nes *contractuum in nominatos & innomina-  
tos*, horum in *reales, verbales, literales & consensuales*, etsi non ita litigiis obnoxie, nisi quod divisio alia contractuum in *stri-  
cti juris & bonæ fidei*, à diviso olim præto-  
ris & judicis pedanei officio orta, tum & subtilitates nimie de *formulis actionum* earumque nominibus doctrinam pacto-  
rum & contractuum intricatiorem red-  
diderit &c.

## §. 65.

Uti vero hæ Juris Romani difficulta-  
tes nimium quantum per inconcinnam  
Triboniani rapsodiam auctæ sunt, ita ta-

276 LIB. II. CAP. X. DE OFFICIO CIRCA  
men invaserunt ferè totum orbem Christiani-  
nam, partim quod Pontifices multa de con-  
tractibus, paucis quibusdam rejectis, in  
Decretalibus suis retinuerint, partim  
quod ante pauca secula, quibus studium  
Juris in Italia & Germania rursus surgere  
incipiebat, *Jus Justinianum* simul in Aca-  
demias & forum fuit translatum, inter-  
pretantibus id hominibus summam dili-  
gentiam præditis, sed omni literarum &  
historiæ studio destitutis.

§. 66.

Unde factum fuit, ut *Jurisprudentia*  
*Romano-Germanica privata* hodie sit in-  
forme Chaos, quæ in formam artis per  
regulas, quibus quis tuto confidere que-  
at, redigi omnino non possit.

§. 67.

Simultamen doctrina de Contractibus  
& pactis in *Juris prudentia naturali*, sed fe-  
rè secundum principia Romanorum ha-  
ctenus tractata fuit, partim quod *Reges*  
*Christiani* ferè unanimiter *Jus Romanum*  
ob multas regulas æquitatis inibi con-  
tentas saltem ex parte receperint, easque  
in Contractibus inter se invicem passim  
observaverint.

68. Par-

## §. 68.

Partim quod *Scholastici & Theologi Pan-*  
*zificii*, qui primitus & ante Grotium do-  
 ctrinam Juris naturalis ut derelictam à  
 JCtis sibi vindicârunt, vitio isti hominum  
 generi frequentissimo, falcem miserint  
 in alienam messem, & sub prætextu, quod  
 de Justitia & jure scriberent, exspatiati  
 nimis fuerint in campum Juris Romani,  
 ejusque minutias etiam secundum regu-  
 las cerebrinæ suæ æquitatis examinave-  
 rint.

## §. 69.

Modestior hac parte *Grotius*, qui pri-  
 mus JCtis rem ab aliis hæctenus vel vi vel  
 clam vel precario possessam cum succes-  
 su vindicavit, & qui hunc secuti sunt, alii  
 viri sapientes. Qui adeo cum jam eru-  
 ditè ostenderint, in quantum doctrina ju-  
 ris Romani de contractibus conveniat  
 cum æquitate naturali, non opus arbitra-  
 mur ut jam actum agamus, sed quæ hæc  
 parte dicenda forent, reservamus discur-  
sibus privatis ad Jus Romano Germani-  
cum privatum.

## §. 70.

Simul omittimus de *modis tollendi obli-*

Ss 3

gatio-

*gationes*, puta solutione, novatione, compensatione, acceptilatione differere, cum & hæc fusius tractari soleant à Commentatoribus Juris Justiniani, & hæc parte quidem illud Jus regulas æquitatis plenissimas necita obscuras proponat.

## CAPUT XI.

## De Interpretatione voluntatis Divinæ &amp; Humanæ per verba declaratæ.

## §. 1.

POſſemus adeò finem imponere libro secundo & statim ad officia hominum specialia in diversis societatibus transire, nisi recordaremur, superius discursum *de interpretatione* certis ex causis interruptum, ejusque supplementum post doctrinam de pactis dilatatum fuisse.

## §. 2.

Scilicet dixi supra: Aliam esse *Interpretationem Legum naturalium*, aliam *legum positivarum*. Utramque quidem præsupponere certas regulas atque axiomata

matā à primis principiis dependentia, sed naturales tamen niti perpetuis demonstrationibus etiam in conclusionibus remotis, in positivis verò conclusiones ex generali axiomate per conjecturas & argumenta probabilia deducēdas esse, atq; hac parte usurpandas esse easdem regulas, quibus artifices in interpretandis legibus humanis & pactis utuntur.

## §. 3.

Ubi tamen ante omnia repetendum erit, quod loquamur de *legibus positivis salutem hominum universorum temporalem concernentibus*; Utrum enim & interpretatio mysteriorum fidei nitatur regulis communibus bonæ interpretationis, an vero ad eam specialis concursus & illuminatio divina requiratur, nostrum non est ut definiamus, qui Theologica Theologis relinqvenda esse opinamur. §. 192.

## §. 4.

In foro igitur humano cum quilibet ad ea obligetur, quæ legislator voluit, aut ad quæ ipse se per voluntatem propriam obligari voluit, voluntas vero legislatoris (excepto Jure naturæ) & promittentis, non nisi ex signis quibus voluntatem

S S 4

suam

suam declararunt colligi ab aliis hominibus possit, inde constat interpretationis, quam jam tractamus, *normam & mensuram genuinam esse collectionem mentis ex signis maxime probabilibus.*

## §. 5.

Cum autem inter *signa*, quibus mens declaratur, potiora sint quæ per *sermonem* fiunt, igitur hîc potissimum de *interpretatione voluntatis per verba declarata* erimus solliciti, præprimis cum regulæ quas hîc tradituri sumus ferè applicari possint ad voluntatem factis declaratam, unde consensus tacitus oritur.

## §. 6.

Porrò cum verba sint signa mentis, inde in univèrsum constat, *verba menti, non mentem verbis esse subordinandam.*

## §. 7.

Unde in omni quidem lege vel pacto ante omnia ad *verba* est respiciendum, simul vero videndum, annon legislator vel contrahens aliud quiddam innuere voluerit quam locutus est.

## §. 8.

Scilicet aliquando præcisè verba applicamus ad mentem nostram, *ut loquamur,*  
*quæ*

*que sentimus*; aliquando verba mentem nostram ex parte saltem referunt, ut *minus loquamur quam sentimus*; aliquando verbaliora sunt quam mens, ut *plus loquamur quam sentiamus*.

## §. 9.

Oritur ex his diversis loquendi modis triplex quoque interpretationis species; *Declarativa* que mentem aliorum exponit prout verba jacent: *Extensiva* quæ verba angustiora extendit ad alium casum sub mente comprehensum: & *Restrictiva*, quæ docet non omnia quæ sub verbis comprehenduntur pertinere ad mentem loquentis.

## §. 10.

Quæ tres species & in eo differunt, quod *Declarativa* respiciat principaliter *propositionem verbis declaratam*; *Extensiva* vero & *restrictiva* *aliud quiddam*, quod verbis declaratum non est, rationem nempe quæ aliquem ad loquendum impulit.

## §. 11.

*Verba* igitur, circa quæ *Declarativa* Interpretatio occupata est, vel consideran-



tur ut *termini simplices*, vel ut *propositiones* aut integri discursus.

## §. 12.

Uti autem omnis Interpretès bonus à notione terminorum simplicium incipit, ita nullum est dubium quin debeat idem necessario gnarus esse, quid significant ea in sensu composito, cum leges & pacta minimum propositiones sint.

## §. 13.

Facit enim compositio sæpius, ut verba alio planè modo significant, quam si ponuntur ut termini simplices. Et hoc solet appellari *Idiotismus lingvæ*.

## §. 14.

Utraque verba (& termini & propositiones) sunt vel *vulgaria* seu popularia, vel *technica* seu termini artis.

## §. 15.

Horum utraque rursus sunt vel *perspicua* vel *obscura*. *Perspicua* voco quæ lingvæ alicujus vel artis peritis satis dilucide & distinctè mentem loquentis exponunt. *Obscura*, quæ à peritis vel difficulter vel planè non intelliguntur.

## §. 16.

*Perspicua* quod concernit, uti & ipsa illis

lis qui artis vel lingvæ haud sunt gnari, etiam obscura sunt, (unde Philosophi obscuritatem in *subjectivam* & *objectivam* distinxerunt) ita hæc obscuritas facile tolli potest, partim si quis iis, qui lingvas docent, se fideliter informandum tradat, partim si ab artificibus discat principia & regulas artis, nec utrobique negligat lexicæ & dictionaria huic usui inservientia.

## §. 17.

Porro sicut in alterutro horum parum proficiet, qui *αὐτοδίδακτος* hic esse velit, ita qui lingvam vel artem non didicit *ab interpretatione abstinere* debet, partim ne seipsum aliis deridendum prostituat, partim ne, quod ad alios pertinet, furtivè aut violenter contrectet.

## §. 18.

Ita expositiones terminorum, quibus *Theologi* in exponendis mysteriis fidei utuntur, ipsis à Jure consultis & Medicis relinqvendæ sunt; Ita v. gr. *Lex Aquilia*, *Scutum vellejanum* & *Macedonianum*, *dominium bonitarium* & *Quiritarium*, *superioritas territorialis*, *Vasallagium*, &c. nihil attingent *Theologos* & *Medicos*. Ita *Alcali* & *Acidum* & infinita morborum ac sympto-

Symptomatum termini ad Theologos & Ictos non pertinent. Omnium horum explicatio non spectat ad Philosophos &c.

## §. 19.

*Obscura* verba vel laborant obscuritate quæ tolli potest, vel ita sunt obscura, ut nemo possit intelligere quid loquens voluerit. Prior est hujus loci, ut *fusus* probabimus infra.

## §. 20.

Provenit vero obscuritas ista partim à *figura externâ* literarum, partim ab *interno verborum sensu*.

## §. 21.

*Figura externa* verborum formatur vel *lingvâ* vel *scripturâ*.

## §. 22.

Quæ *lingva* formatur, sonus dicitur, cui nisi plane fit *ἀναρθρῶς* & inarticulatus, non debet ei interpretatio denegari. Nam & is, qui difficulter loquitur, pro loquente haberi debet, quod maximo perè usum habet, si qui in ultimo mortis articulo non satis intelligibilibus verbis supremum & nunquam rediturum arbitrium profundunt, v. gr. si quis dixerit:  
fer-

servus meus *Cratinus* liber esto, & habeat  
solum servum *Cratistum*.

§. 23.

Ejusmodi obscuritas, quatenus per in-  
terpretationem tollenda est, iisdem ferè  
regulis subjacet, quas circa internam ob-  
scuritatem removendam trademus.

§. 24.

Obscuritas ex *figurâ scribendi* aut iis quæ  
scriptioni *extrinsecus* adveniunt orta, pro-  
venit vel quod quis obscuris & *inartifi-*  
*cialibus ductibus* literas formaverit, quod  
vitium multis eruditis commune est, ut  
in proverbium abierit, *nos docti male scri-*  
*bimus*. Ita notum exemplum Medici, qui  
dum *opium* præscribere volebat, literas  
sic duxerat, ut pharmacopœus pro *opio*  
legeret *opium*.

§. 25.

Vel quod scribens *siglorum* sive *natura-*  
*rum* obscuritate & compendiosa ænigma-  
ta, quæ *abbreviaturas* dicimus, adhibuerit,  
quas propterea non sine ratione severè  
prohibuit in describendis legibus adhibe-  
re Justinianus. Ita aliquando imperitus  
clericus legebat: *Otto DEI gram. &c.*

§. 26. Vel

## §. 26.

Vel si librarius in *transcribendis* verbis erraverit.

## §. 27.

Vel si scriptura *lituris, inductionibus, supra inductionibus* vel quolibet alio modo ita cancellata fuerit, ut oculis perspicere non bene possit.

## §. 28.

Vel si scriptura initio incuriâ scribentis, vel postmodum temporis vicio *mutata* sit.

## §. 29.

Vel si lectio, quamvis sana & recta, quod ad voces attinet solâ *interpunctione* laboret, aut interpunctio *omissa* ambiguitatem pariat, ut in vulgato. *Porta patens esto nulli claudaris honesto. &c.*

## §. 30.

In his & similibus obscuritatibus, etsi non parum adjuvent regulæ mox tradendæ, tamen non diffidendum est, potissimum adjuvamentum ex *naturali prudentia* & singulari dijudicandi facultate, quâ unus præ altero excellit, petendum esse, unde & qui in ejusmodi interpretatione

tio-

tionibus felices sunt, *Criticorum* titulo ab eruditis insigniri solent.

## §. 31.

Igitur pergo ad obscuritatem, quæ ex interno verborum sensu legibus aut pactis accidit. Provenit illa inde quod loquens adhibuerit vocabula *i. obsoleta*, sive ea adhibita fuerint eo tempore, quo clara & usitata erant, quæ in *LL. XII. Tabularum*, item in Legibus Longobardorum & aliorum populorum antiquorum Germaniæ; sive eo tempore quo usurpantur sint *antiquata*, ut in istâ viri docti responsione; *Rebare te fari scio &c.*

## §. 32.

II. Et vocabula *noviter conficta* sæpius obscuritatem pariunt, cum non ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri soleant, sive quis significatum vocum in *novum sensum* privato ausu detorqueat, ut si quis escarium argentum, aut penulas, aut togas sub *supellectilis* voce comprehendere solitus fuerit; sive quis ad exprimendos fortè idiotissimos alterius lingvæ vel aliâ de causâ in suâ lingvâ novos per compositionem aut alio modo *formet terminos*, quorum

1. t. c. 2. d.  
112.

sum fortè referre possis, quando quis milites vocat :

Bombardagladio funehasta flamma loquentes.

Et Scholasticorum *perfectibabeam.*

§. 33.

III. Obscuritas facile contingere potest, si quis adhibeat in sermone vocabula *perègrina*. Quemadmodum igitur, ut ea evitetur, optimum est, ut congrua eorum Periphrasis simul addatur, quod observarunt diligenter leges Romanæ, dum *Scopelismam* & *chomata* memorant; ita obscuritas augetur, si ab imperitis abusive usurpentur & in sensum alienum detrudantur, quod nostris Gallo Germanis perquam familiare est.

§. 34.

IV. Potissimum tamen obscuritatem pariunt vocabula *ambigua*, quæ ita videlicet comparata sunt, ut duas vel plures res significant. Uti enim non insanendum est cum Scepticis, omnia quæ existunt, & multo magis quæ verbis proferuntur, ad ambiguitatem & incertitudines referentibus, ita explosa est jam dudum Diodori sententia contra Chrysippum

pum defendentis : Nullum verbum ambiguum esse , cum plures omninò sint res quàm vocabula & ingens copia rerum sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed alienis commodatisque.

## §. 35.

Dum verò vocabulum plures res significat, authorū significatum unus est *proprius*, alter *improprius*; aut *uterque proprius*. Ita *Bibliotheca* propriè significat locum, in quo libri collocati sunt, impropriè & per tropū libros ibi locatos. Ita *arma* propriè instrumenta quibus in bello utimur, impropriè viros armatos : ita *ferrum* propriè certi generis metallum, tropicè *arma* ferrea denotat.

## §. 36.

Si uterque significatus est *proprius*, tum aut unus sub altero *continetur*, aut *neuter continet* alterum.

## §. 37.

Illud accidit, vel quòd nomen *generis* peculiari specie applicetur, v. gr. quando *mulieres* sapius opponuntur virginibus, item *adoptio* & *cognatio* diversimodè usurpantur; vel quòd nomen *speciei* sup-

T t

ponatur



ponatur pro individuo, v. gr. quando *homo, equus*, &c. promittuntur; vel quod unum *nomen proprium* pluribus individuis commune sit, ut si quis plures Stichos habens *Stichum* legaverit; vel quod vox *masculina* sæpius sub se comprehendat sexum fœmininum, e. g. *homo, equus*: vel quod *usus artis* latius pateat, quàm *usus populi*, exemplo *mortis* &c.

## §. 38.

Illarum verò significationum variantium, quarum *neutra continet alteram* infinitæ sunt, v. g. cum *Gallus* *ovem* & *hominem*, *jus* *offam* aut *certum locum* &c. notant. Ita *meum* & *tuum* utrobique significant in isto Poetæ: *Carmina* *Paulus* emit, *recitat sua carmina* *Paulus*: *Jurat* *capillos esse, quos emit, suos* *Fabulla*, &c.

## §. 39.

Est porro nonnunquam & in verbis *conjunctis* seu in contextu sermonis ambiguitas, quæ plerumque contingit ex nimia *brevitate*, si omiſſa sint, quæ ad absolvendum sensum omninò pertinebant: ut: *Hæ res meus uxori meæ vasorum argenteorum pondo centum, quæ volet, dato*

dato. *Cum commodum erit, habebis centum.*

## §. 40.

Poterit tamen etiam abundantibus & *superfluis* verbis gravatus ac involutus sermo verborum intellectum ambiguum reddere, aut obscurum; ut si quis fundum ita ut instructus est legaverit, & adjecerit: *cum supellectili & mancipiis*; aut si legatâ supellectili *species quasdam* ex abundantia per imperitiam nominaverit; aut si quis stipulanti responderit: *Arma virumque cano, spondeo.*

## §. 41.

V. Obscuritatem parit sermo *perplexus*. Dum scilicet quicquid ex duobus verum constituerimus per interpretationem falsum apparet. Oritur verò perplexitas illa vel ex solâ verborum inspectione, v. g. si quis heredes sibi faciat: *Si Titius heres erit, Sejus heres esto; Si Sejus heres erit, Titius heres esto.*

## §. 42.

Vel ex supervenientis cujusdam casus circumstantiis, v. g. Lex est: *Rapta raptoris mortem eligat aut nuptias.* Est qui duas rapuit, quarum altera mortem, altera

nuptias elegit. Lex est; *vir fortis quod  
volet poscito.* At sunt jam duo viri for-  
tes, qui eandem postulant virginem. Lex  
est: *qui seditionem incepit, poenas luat, qui  
finivit, poscat premium:* Idem seditionem  
& incepit & finivit, ac præmium petit.  
Testator dixerat: *Titio do lege fundum  
meum, si legi Falcidia in testamento meo lo-  
cus non erit.* Erat fundus iste dignus cen-  
tum aureis, præter hunc verò jam trecen-  
ta legaverat, & cum moreretur ultra  
quadringenta non habebat. Alius: *Ti-  
tia textores meos omnes, præterquam quos te-  
stamento alii legavi, lego: Plotia vernas  
meos omnes, præter quos alii legavi, lego.*  
Aderant servi vernæ iidem & textores.

§. 43.

VI. *Duarum etiam orationum contrari-  
etas & pugna obscuritatis causa est.* De-  
prehenditur verò ista contrarietas initiò  
in applicatione legum diversarum *verbis  
non contradicentium* ad casum talibus cir-  
cumstantiis præditum, ut utraqve lex si-  
mul locum invenire nequeat, v. g. Lex  
una est: *Tyrannicide statua ponatur in gy-  
mnasio:* Altera: *ne mulieri in gymnasio  
statua collocetur.* At fœmina est quæ ty-  
ran-

rannum occidit. Lex est: *Qui tyrannum occiderit, quamcunque sibi rem à magistratu deposcito, & magistratus ei concedito.* Et altera lex: *Tyranno occiso, quinque ejus proximos cognatione magistratus necato.* Tyrannum uxor sua interemit, præmiūq; loco filium suum, quem ex Tyranno habebat, sibi deposcit. Lex est: *Ne quis die feriato cum armis in publico versetur: Altera: ne quis signo audi to tumultus indice domi se contineat, sed cum armis magistratui in foro prestò sit.* Jam tumultus die feriato oritur, &c.

## §. 44.

Uti verò ex exemplis apparet, hanc contrarietatis speciem maximè affinem esse modò præcedenti ultimo perplexitatis generi; ita si paulò intensius utriusque naturam speculemur, fortè non adeò commodè utramque speciem ad verborum obscuritatem & interpretationem declarativam, cujus gratia eam doctrinam præmittimus, retulimus; sed vel ad obscuritatem subjectivam eadè erunt referendæ, vel ad aliud interpretationis genus, & omnium maximè ad restrictivam interpretationem.

## §. 45.

Præprimis cum ejusmodi obscuritas accidere possit & sæpius accidat, in colli-

T t 3

sione

sione duorum preceptorum Juris naturalis, quatenus vel à Deo publicatione repetita sunt, vel à Juris Naturalis scriptoribus communiter efferri solent, aut etiam ob externarum circumstantiarum advenientiam, unius legis sensum perplexum reddentem. Lex est: *Dandas esse Eleemosynas*: Altera: *Non faciendum esse furtum*. Furtum commisit quis, ut daret eleemosynas. <sup>lex est.</sup> Beneficio beneficium redhibendum. Concurrunt pater & qui teingentibus beneficiis affecerat, patronus; Ita verò res tuæ sunt comparatæ, ut unum alteri postponere habeas necesse &c. §. 46.

Magis igitur ad præsens negotium videtur quadrare ista contrarietas, dum duæ propositiones *ad se relatæ* citra respectum ad casum specialem ita contradicere videntur, ut quod una affirmat, neget altera: (quamvis & hæc species videatur declarativæ interpretationi cum restrictiva communis esse) sive contrarietas hæc occurrat *in uno contextu*; (v. g. si testator in uno testamento aliquem modò purè, modo sub conditione heredem scribat, aut legatum det & adimat, aut cum Ulpia-

pianus alicubi dicit: patrem *prius sibi debere heredem scribere*, deinde filio substituere, nec convertere ordinem scripturæ: & mox subjicit; tamen valere substitutionem, *si quis prius filio substituerit*, deinde sibi heredem scripserit: licet conversa scriptura filii testamentum fecerit) sive in *diversis locis*, cujusmodi contradictionum exempla infinita occurrunt in Legibus Romanis.

## §. 47.

His præmissis videndum jam erit de *fontibus conjecturarum*, quibus utendum ad obscuritatem verborum obvenientem tollendam. Aut igitur talis est obscuritas, quæ regulis bonæ interpretationis *tolli potest*, aut eadem nullum admittit *remedium*.

## §. 48.

*Priori casu* respiciendum est, ad negotium & ejus naturam, de quo legislator vel paciscentes egerunt: Unde regula: *verba sunt intelligenda secundum substratam materiam*. Cui affine est effatum Logi-  
corum: *Talia sunt predicata, quæ permittuntur à suis subjectis*. Quamvis nostra fit latior, ubi non solum prædicatum

æstimamus à naturâ subjecti, sed & nonnunquam subjectum determinatum à prædicato, v. gr. dum dicitur: *Canis ardet, Gallus volat, &c.*

## §. 49.

Extendit verò se hujus regulæ usus in omnis obscuritatis generibus. Nam sæpius in verbis *obsuro sono* & dubiis *literarum figuris* propositis; non infeliciter hariolamur sensum vocis ex substratâ materiâ. Ita si dubitem, an qui mecum loquitur vel qui scripserit, *merx* dicere voluerit, an *merces*, si de emptione sermo fuerit, prius, si de locatione, posterius vocabulum erit intelligendum. Ita si nesciam, utrum *evictum* scribere voluerit, an *edictum*, si materia sermonis fuerit emptio, pro illo erit præsumptio, nisi fortè de vitiis rei venditæ disseruerit, uti facilè contingere potuit, ut de *edicto* voluerit loqui.

## §. 50.

Deinde in verbis *obsoletis, novis, aut peregrinis* nonnunquam substrata materia lucem affert. Ita plerumque qui ex adulatoribus linguas discunt, cum magister non est ad manus, & lexicorum evolutio tædiosa est, ex verborum circumpositorum

rum

rum notitia incognitæ vocis significatio-  
nem cum successu conjectantur. Ita v. g.  
dum Scriptor aliquis in idiomate Ger-  
manico voces Gallicas immiscere adve-  
tus scripserat: **Einer der eine alte aber  
doch reiche Weibes Persohn umb Geldes  
willen heyrathe/ belustiget sich hernach ge-  
meiniglich zu Hause mit Caton**: Substra-  
ta materia ostendit eum id voluisse signi-  
ficare, quod ejusmodi homo se delectet  
cum juvencula quadam domestica; non  
ut alius ineptè publicâ periphrafi sensum  
exprimere voluit, **er belustigte sich zu  
Hause mit Caton, das ist/ mit einem Ca-  
tonianischen ernstlichen sauer sehen. &c.**

## §. 51.

Porro & *ambiguitatem* sæpius tollit  
materia substrata. Ita si *bibliotheca* v. g.  
*legata* fuerit, præsumendum erit pro li-  
bris, si *bibliotheca extrui* jussa, intelligen-  
dus erit locus. Ita *ferrum deponere* jussi,  
satisfecerunt, si arma ferrea deposuerunt.  
Ita si quis tertio *arma in ferre* fœdere pro-  
hibitus sit, intelligentur milites, si hostes  
*arma tradere* jussi, intelligentur instru-  
menta bellica,



## §. 52.

Ita ex eodem materiæ substratæ loco aliquando dijudicandum erit, utrum quis significatum vocis *laxiorem* an *strictiorem* intenderit. Sic v. gr. in materiâ feudali vocabulum *heredis* denotabit masculos, non quoscunque heredes allodiales, &c.

## §. 53.

Ita cum dicitur, *Gallum subegisse provinciam*, apertum est, de homine quem loqui, non de ave. Ita si dixerit: *hic liber meus est*, sine dubio intelligetur ejus, dominum à me esse acquisitum. At si quis de *suis capillis* loquatur, communiter denotabitur, non esse eos aliunde quæsitos. &c.

## §. 54.

Ita in exemplo supra adducto: *Heres meus uxori meæ vasorum argenteorum pondò centum, quæ volet, dato*, ubi nimia verborum brevitatis (quam uno verbo testator evitare potuisset, si dixisset: *quæ volet ipse vel ipsa*) obscuritatem pariebat, substrata materia & causa nempe *legati* inter alia ostendit, pro uxore non pro herede esse pronunciandum.

## §. 55. Ita

## §. 55.

Ita si voces *abundantes* ambiguitatem pariant, momentum afferet materia substrata. Unde putarem, v. g. si quis promiserit *supellectilem* & simul species quasdam recensuerit, non tamen omnes, abstrahendo à reliquis circumstantiis in promissione gratuita deberi saltem species expressas, in onerosâ etiam reliquas.

## §. 56.

Cogitandum nunc erit ulterius de exemplis, in quibus sermo *perplexus* aut *pu-nans* ex hâc regulâ interpretationem consequi possit, hæc enim quæ hactenus attulimus, speciminis loco poterunt sufficere.

## §. 57.

Affinis huic primæ regulæ est, atque sub eadem contineri videtur & alia, quam communiter Doctores separatim tradunt, & ex conjunctis loco petitam asserunt: *In omni sermone interpretando accuratè ad antecedentia & consequentia esse attendendum, quibus interjecta attemperari & respondere præsumuntur.* Quorum pertinet, quod Celsus inculcat: *Incivile esse nisi totâ lege perspectâ, unâ aliqua ejus particula proposita, judicare vel respondere.*

§. 58. Nam

## §. 58.

Nam ideo potissimum contextus est considerandus, ut constet de materiâ substratâ.

## §. 59.

Quodsi tamen accuratiùs eandem pensitemus, apparebit *affinitatem* saltem aliquam inter conjecturam à substratâ materia, & conjecturam à conjunctis loco desumptam esse, non *identitatem*, cum regula de *substrata materia* locum habere possit, ubi nulla sunt antecedentia vel consequentia, & regula de *contextu* usum suum exerere possit, etiam citra respectum ad substratam materiam, puta cum sensus uterque vocis ambiguae ad substratam materiam quadrat; vel de omni sensu dubitatur.

## §. 60.

Prioris exemplum esto, si dicam: *Gallus cogitur*. Posterioris si instrumentum v. g. super stipulatione confectum referat; stipulatum esse Primum *frumentum* à Secundo, Secundum spondisse: in præfatione verò faciat mentionem, de *decem modis* inter contrahentes actum fuisse.

61. Qua-

## §. 61.

Quapropter 2. in genere ex loco de *con-*  
*junctis* ista fit regula: *Obscura locutiones*  
*explicanda sunt ex sermone ejusdem auctoris*  
*alibi planè & perspicuè expresso, sive in eo-*  
*dem loco, in antecedentibus puta & conse-*  
*quentibus (quæ propriè conjuncta loca*  
*vocantur) sive in diversis & alio tempore pro-*  
*latis; quæ appellantur conjuncta origine,*  
v. g. si in Testamento alicui *partem ter-*  
*tiam* ædium legassem, & in codicillis  
scriberem: Titio præter *partem* ædium  
do lego centum.

## §. 62.

Et hujus regulæ usum se diffundere  
arbitror in quodcunqve obscuritatis ge-  
nus, ut etiam verba *obsoleta, nova, pere-*  
*grina, perplexa, pugnancia* quandoque ex  
illâ exponi possint. Similiter judico de  
regulis sequentibus, quod adeò semel  
monuisse sufficiat.

## §. 63.

3. Ab *effectu* porro regula desumitur.  
*Verba ita explicanda erunt ne nullus inde o-*  
*riatur effectus. & negocium pereat, aut ne*  
*effectus cum absurditate quadam sit conjun-*  
*ctus, quod sit si expositio pugnet cum jure di-*  
*uino vel humano.*

64. Ita

## §. 64.

Ita per cavillationem Athenienses in fœdere promittentes, quod *agro Boetorum* vellent cedere, negarunt postea agrum esse Boetorum, quem ipsi cum exercitu insiderent. Ita cum lex sub gravi pœna prohiberet alteri *in platea sanguinem elicere*, absurdum fuisset si secundum ejus verba barbitonsor, qui in platea alteri venam secuerat, fuisset punitus. Ex eadem regulâ etiam erat definienda controversia inter *Protagoram & Evatblum* pro Protagorâ. Huc quoque pertinet casus de eo qui *Cratinum* liberum esse volebat, cum solum haberet *Cratistum*.

## §. 65.

4. Magnum momentum etiam in interpretatione affert *persona affectio*. Unde regula: *Verba obscura ex affectione cujusque capiunt interpretationem*. Ita si quis *Titium* hæredem instituerit, inter plures *Titios* is hæres erit, quem constat à defuncto maximè dilectum fuisse.

## §. 66.

5. Affinis præcedenti est conjectura, quæ ex *qualitate personarum* desumitur: Nam *sapius verba dubia exponenda erunt secundum*

*secundum conditionem aut dignitatem personae quae loquitur aut ad quam sermo dirigitur.*

§. 67.

Ita si *studiosus* alicui universas *chartas* reliquerit libri debebantur, quamvis aliàs sub chartarum nomine propriè libri non contineantur. Ita si quis *dotem* promiserit, aut *alimenta* reliquerit alteri, determinanda erunt utrobique secundum conditionem & dignitatem personae, cui relinqvuntur aut promittuntur.

§. 68.

6. Sed potissimum considerari mereatur *ratio legis aut pacti*. Hinc: *Illam interpretatio legis est sequenda, quae rationi legis congruit, & contra rejicienda, quae ab eadem scirepat.*

§. 69.

Cæterum ratio legis duplex potissimum est, una quæ legislatorem impud legem condendam, altera, quam r legem intendit.

§. 70.

Quemadmodum verò *intentio legis* oris *occasione*, quæ eum ad legem condendam impulit, plerumque si non semper, ex adverso opposita est; ita facile constat, ad *utramque* in præfata regulâ spectari debere.

§. 71. Ita

§. 71.

Ita cum agricolæ per exercitium iudiciorū impedirentur in percipiendis agri fructibus, occasionem id dedit Romanis ad *ferias messium* concedendas, eâ intentione ut impedimenta hæc cessent.

§. 72.

Ita caritas annonæ & ejus timor principem quandoque impellit, ut *frumenti exportationem* prohibeat, quo illa annonæ caritas evitetur.

§. 73.

Neque obstat dictis quod sæpius lex applicari solet ad istum casum, ad quem causa impulsiva non quadrat. Ita *feriæ messium* etiam profunt illis, qui nullos fructus agrorum percipiunt aut colligunt.

§. 74.

Meminisse enim debetis & in hâc & in reliquis regulis, nos tradere conjecturas voluntatis tacitæ, quæ cessant, quoties legis verba expressa aliud docent, ut in dictâ materia feriarum.

§. 75.

Quin etsi aliæ circumstantiæ concurrant quæsvadeant præter intentionem  
aut

aut occasionem legislatoris esse interpretationem faciendam, forte ut evitetur multiplicatio litium, vel quæ possunt esse similes, nec illæ sunt omittendæ. Conjectura enim cum conjectura conferenda est.

## §. 76.

Ita quasi ususfructus inventus erat ne legata corruerent, posteaquam tamen inventus erat, non malè sentiunt, qui arbitrantur, eundem etiam per pacta inter vivos posse constitui.

## §. 77.

Simul tamen illud patet, quod dum in legibus Romanis ut regula inculcetur, falsam causam legatis adjectam non vitare legatum, & tamen non desunt quidam casus, in quibus eadem leges vitari legatum per falsam causam admitterunt, non eruditè ad tollendam, hanc apparentem repugnantiam, vel potius ad ostendendam inter ista duo differentiam a communi Dd. scholâ proferatur distinctio inter falsam causam impulsivam et finalem, quasi non illa sed hæc legatis noceat; sed longè alias explicatio- nis rationes hic esse afferendas.

U u

78. Ita



## §. 78.

Ita v. g. si dixerit Testator : Titio, *quia negotia mea curavit*, do lego centum. Finge falsam causam fuisse. Sed quid ope distinctionis istius definies ? Utrum valebit legatum an minus ? Nam si vera fuisset causa ; gestio negotii erat causa impulsiva ; remuneratio istius causa finalis. Et ita in similibus casibus duplex hoc causarum genus concurreret.

## §. 79.

Non confundendæ tamen sunt, cum rationibus istis duabus legum vel pactorum, *rationes*, quibus utuntur Jcti in demonstratione conclusionum specialium ex legibus generalioribus, e. g. dum afferitur ratio, cur partus ancillæ non sit in fructu, quia fructus omnes hominum gratia conditi sint, vel, ut alibi rectius et magis prudenter, quia ancillæ non ideò comparantur ut pariant. &c.

## §. 80.

Nam 1. jam agimus de ratione legis aut pacti *interpretandi*, non de ratione *interpretationis* jam factæ. 2. quærimus de interpretatione, quæ nititur argumētis

tis *topicis* & probabilibus, non de interpretatione quasi *demonstrativa*, ex axioma generali, ( v. g. quod usufructus eum in finem constituitur, ut usufructuarius omnes fructus, cujus gratiâ res comparari solet, percipiat ) conclusiones particulares deducente.

§. 81.

Quodsi igitur ratio legis aut pacti ipsi pacto vel legi fuerit *inserta*, tum interpretatio non adeò erit difficilis. Sed sæpius *latet* eadem, unde novis conjecturis erit opus ad eliciendam rationem, antequam interpretatio secundum eandem fieri possit.

§. 82.

Quæ quidem regulis vel ideò non videntur commodè inculcari posse, quoniam ob circumstantiarum hic occurrentium infinitam varietatem, & ipsarum quoque infinita est variatio.

§. 83.

Unde ad earum felicem indagacionem insignis requiritur *prudencia Politica*, quantum ad legum & pactorum publicorum interpretationem attinet, quantum verò ad pacta privatorum, eximia *prudencia œconomica*, ac si ita loqui licet, *mercatoria*, in inter-

prete requiritur, quæ non in Academiis & Scholis, sed in conversatione Politica atque familiari cum aliis in eoque genere Prudentibus acquiri potest.

## §. 84.

Magnum quoque præsidium potissimum in pactorum quæ publicorum, quæ privatorum interpretatione afferet eruditio ex lectione diligenti *historiarum* comparata, tum notitia peculiaris eorum quæ pacta aut fœdera antecesserunt. Unde paciscentium, qui bonâ fide v. g. ad fœdera Pacifica accedunt, omnino interest, acta pacificationis publicè nota facere.

## §. 85.

Sufficere hæc possunt de *interpretatione declarativa*. Non enim planè negligendæ sunt reliquæ duæ interpretationis species, *extensiva* puta & *restrictiva*, in quibus quantum ad extensivam, uti priores quinque, quas dedimus, interpretationis declarativæ regulæ, vix & imo nunquam habebunt locum, ita regula modo exposita de legis ratione tribus istis interpretationis generibus est communis. *addenda A. V. ta, q. h. ar. in diff. ar. p. 94*

86. Quod

## §. 86.

Quod vel maximè tum usum habet, si duplex vocis sensus sit, laxior alter, alter strictior. Hinc v. g. si Princeps frumenti exportationem prohibuerit, sub voce frumenti vel universæ species frumentariæ, vel saltem triticum aut aliud genus comprehendetur, prout nempe in omnibus aut in quibusdam saltem annonæ caritas timetur, quæ Principem ad legem condendam impulerat.

## §. 87.

Quod si verò verba legis vel pacti perspicua sint, nec ambiguitate laborent, tunc sæpius species emergunt sub legum verbis vel comprehensæ vel minus, de quibus tamen non sine causâ dubitatur: An ad eas lex applicari debeat, an non?

## §. 88.

Atque hic ferè unicè ad *rationem* legis erit recurrendum. Adeòque interpretatio extensiva maximam partem isto nititur Canone: *Ubi eadem est ratio, ibi eadem est juris dispositio. Vel: Identitas rationis facit, ut lex & pactum applicari debeant ad casus similes sub verbis eorundem non comprehensos.*

Uu3

89. Eadem

## §. 89.

*Eadem* verò debet esse ratio ; non saltem *similis*, etsi casus emergentes, relati ad verba legis casibus sub lege comprehensis sint saltem *similes*, non *iidem*.

## §. 90.

Cum verò sæpius obveniant occasiones *una plures* ad legem ferendam , & secundum tradita etiam Philosophorum unius rei plures possint esse fines, quorum singuli vel sunt æqvè *principales*, vel unus *primarius*, reliqui *secundarii*, inde non in universum necesse est , ut ratio legis secundum quam fit extensio sit *unica*.

## §. 91.

Sed hæc observatio tum saltem locum habebit, ubi *unum* tantum finem intendit legislator.

## §. 92.

Quod si *plures* sint rationes unius legis, tunc si istæ sint æqvè *principales*, sequitur, omnes quoque in extensione conjungendas, ne committatur aliàs fallacia divisionis, non aliter ac in rebus naturalibus, ubi necesse est, ut omnis causæ concurrant, si effectus produci debet.

93. Quod si

## §. 93.

Quodsi verò existis una sit *potissima*, putarem sufficere, si modo ista ad casum similem qvadret.

## §. 94.

Uno verbo : Causa ad quam fit extensio debet esse *efficax*, eademque considerata esse à legislatore in suâ generalitate, ita ut eandem ad præsentem quoque casum voluisset applicare, si quidem eum prævidisset aut de eo cogitasset; idque quia alioquin lex fuisset inutilis aut iniqva.

## §. 95.

Ita si lex *aratrum* accipere pignori prohibeat, neque licebit vomerem accipere, si jubeat eum qui *patrem* interfecit culeo insui, insuendus & qui matrem interfecit; ex *domo* in jus educere si non licet, non licebit etiam ex tabernaculis. Sic si pactum sit inter vicinos populos, ne intra certum spacium liceat locum *muris* cingere, neque terreo aggere cingi poterit, si prohibitionis ratio fuerit, ne iste locus ad vim prohibendam fieret idoneus. Sic si aliquis in testamento caveat: Titius heres esto, si posthumus me-

U u 4

us

us (quem utiqve expectabat) sit *mortuus*, etiam hoc casu Titius heres erit, si contingat illi testatori mortuo nullum posthumum nasci.

## §. 96.

Pertinet huc elegans casus à Luciano propositus. Lex est: *Tyrannicida præmio afficiatur*. Est qui in arcem descenderit, ut tyrannum necaret; Ast tyrannum non reperit, sed filium ejus, quem etiam interemit relicto in vulnere gladio. Adveniens mox tyrannus ut filium vidit occisum, præ dolose animi eodem se gladio interfecit. Petit itaque is qui filium tyranni sustulerat præmium, tanquam tyrannicida.

## §. 97.

Atque hic quidem non contemnendo artificio præmium petentis partes defendit *Lucianus*, potissimum ex eo, quod communiter eadem sit ratio illius qui interfecit & qui mortis causam præbuit.

## §. 98.

Sed nec etiam quicquam omisit, quod ad ostendendam petiti illius iniquitatem facit, *Erasmus Roterodamus* aliâ Oratione pro adversâ parte conscriptâ, non ita concisa

concisâ quidem ut Luciani, sed ubifacile tædium ex prolixitate oriundum compensare possit erudita variarum bonæ interpretationis regularum ad præsens negotium applicandarum expositio.

§. 99.

Cujus adeò opinio magis placet, potissimum quòd fufius ostenderit, factum id prætensityrannicidæ nullo modo pro tali esse habendum, quod veram & moralem interfectionis causam morti tyranni præbuerit.

§. 100.

Vides verò ex adductis exemplis, quod interpretatio extensiva locum habeat in legibus tam *affirmativis* quam *negativis*: In *his* verò insignem affert usum circa diluendas quasvis *cauillationes* ac reprimendas *fraudes*, quæ à malè feriatis hominibus excogitari solent eludendis legibus.

§. 101.

Quare non malè Jctus istam inter hæc duo ponit differentiam, quòd contra legem faciat, qui facit id, quod verbis legis (rationi videlicet ejusdem corre-

Uu 5

spon-



spondentibus ) adversum est , in fraudem legis verò, qui salvis legis verbis committit ea, quæ cum intentione legislatoris pugnant.

§. 102.

Communitè verò ejusmodi *fraudis* quatuor species faciunt Dd. Primam quæ fit commutatione *rerum*, ut si lex prohibet *pecuniam* mutuo dare filiofamilias, fœnerator verò det mutuo frumentum, vinum, &c. item si princeps vetet *frumentum* exportari aut *lanam*, & quis farinam vel oves exportet: secundam quæ fit commutatione *personarum*, ut cum *conjuges*, qui invicem donare nequeunt, alias personas quæ donent substituant; tertiam commutatione *contractuum*, ut si iidem conjuges res pretiosas *uno numero* sibi vendant invicem, si fœnerator filiofamilias mutuo dandi gratia res quasdam *vendat*; quartam denique commutato modo contrahendi, ut si mulier, quæ *fidejubendo* non obligatur animo intercedendi pro altero mutuum ipsa contrahat; quanquam hæc species parum differat à tertiâ, & cogitandum sit ulterius, annon plures modi, quibus

bus quid in fraudem legis committitur reperiri possint,

§. 103.

Interpretationem *restrictivam*, quæ adhuc restat, *Grotius* petendam esse ait ex defectu voluntatis originario aut ex casu emergentis cum voluntate repugnantia. *Prius* fieri vult ex absurdo, ex defectu rationis, ex defectu materiæ. *Posterius* vel ex naturali aliquâ ratione, ut puta, si ab æquitate foret discedendum aut ab humanitate, vel ex aliò aliquo signo voluntatis, si nimirum verba alio loco posita cum præsentī lege aut pacto per incidentem casum peculiarem pugnantur videntur, &c.

§. 104.

Hic uti in conclusionibus ipsis non adeo multum diffidemus; ita videtur methodus & connexionis ratio non saltem aliquatenus esse obscurior, verum & certo respectu perplexitatem inferre. Cum enim, ut reliqua mittam, omnis interpretatio debeat fieri secundum probabilem voluntatem ejus qui locutus est, neque tamen eam quam unquam antea habuit, aut post sermonem fortè habiturus

turus est, sane suâ sponte fluere videtur, quòd restrictiva semper se fundare debeat in defectu voluntatis originario, nunquam ex casu emergentis (subsequenti aliquâ) cum voluntate repugnantia, defectui originario voluntatis opposita.

## §. 105.

Rursus cum restrictiva interpretatio ferè intendat, legislatorem plus locutum esse quam senserit, & de casu, de quo sermo est tum non cogitasse, adeoque ita semper præsupponat casum emergentem voluntati loquentis repugnantem, non video iterum, quomodo defectus voluntatis originarius repugnantia casus emergentis queat opponi. Tentabimus itaque, annon res ipsa commodius hoc modo possit proferri.

## §. 106.

Extensiva interpretatio ferè *unicè* ad rationem legis vel pacti respicit; At restrictiva etiam *reliquas regulas* interpretationis declarativæ admittit. Unde 1. quæ supra diximus de *substratâ materiâ* hic quoque locum habent, utpote quæ semper intelligenda est obversari animo loquentis, etsi verba videantur latius patere.

107. Ita

## §. 107.

Ita si feudum sit concessum alicui pro se & descendenti-*bus masculis*, non intelliguntur nepotes ex filia, quia natura ejusmodi feudi repugnat, quæ foeminas & descendentes ex iis planè excludit.

## §. 108.

Ita cum patronus prohibetur adigere libertum *jurejurando* ne uxorem ducat, materia substrata ostendit, intelligendam esse legem de liberto qui liberos tollere potest, neque puniri patronum qui à liberto castrato juramentum exegerit.

## §. 109.

Deinde ii, quod supra notavimus, <sup>63</sup> non ita interpretanda esse verba, ut nullus, aut absurdus vel iniquus *effectus* sequatur, etiam in restrictivâ interpretatione usum suum exerit. Nam nemo mentis compos absurda velle credendus est.

## §. 110.

Ita si lex sit: *Vix fortis, quæ postulet, habeto*, & unus qui fortia facta perpetravit, postulaverit agrum concivis sui, hic verò post aliquod tempus in præmium fortitu-

titudinis agrum suum à priore repetat, vitatio absurditatis svadet, ut lex explicetur, ne viris fortibus sua præmia iterum eripiantur.

## §. III.

Inde decidenda etiam controversia inter *Protagoram* & *Evatblum*, ut hic si à iudicibus ad solvendam mercedem fuisset condemnatus haud quicquam se exceptione pacti tueri potuisset; quo conventum erat, ut magistro merces non debeatur quousque discipulus causam non obtinuerit, cum absurdum sit, aliquem suo pacto hoc egisse, ut illud ipsum obftet, quo minus obtineri possit, quod ex eodem debeat.

## §. II2.

Pertinet huc interpretatio legis *secundum æquitatem*, quæ est correctio ejus, in quo lex deficit ob universalitatem, ubi nempe ex naturali ratione ostenditur, casum quendam peculiarem sub universalis lege non comprehendi, eò quòd alias, & si literam legis præcisè quis sequatur, orietur inde aliquid legibus naturalibus & divinis repugnans, quod merito pro absurdo habetur, cum ad talia nemo possit obligari.

II3. Ita

## §. 113.

Ita si lex jubeat peregrinum, qui *mania* *adscenderit*, capite plecti, & peregrinus in obsidione muros ascenderit & hostem subeuntem scalis dejecerit, aut si lex pœnâ capitali *mulieres à certo quodam loco arceat*, eademque tempore oborti incendiî, ejus extingvendi gratiâ, locum istum ingrediantur, cessabit utrobique pœna, quia lex naturæ dicitur, beneficium præmium mereri non poenam.

## §. 114.

Eò refert etiam Grotius, si verba sequi non quidem per se & omninò illicitum sit, sed æquè rem æstimanti *nimis grave & intolerabile*, sive absolute spectatâ conditione humanæ naturæ, sive comparando personam & rem de quâ agitur, cum ipso fine actûs.

## §. 115.

Sic qui rem *ad dies aliquot* commoda- vit, intra eos dies repetere eam poterit, si ipse valde egeat. Si qui *auxilium* fœderato promisit, excusabitur, quamdiu ipse domi periclitatur, in quantum copiis opus habet. Et concessio *immunitatis de- stigalium* & tributorum intelligetur de quotidianis & anniversariis, non de iis quæ

quæ summa necessitas exigit, & quibus carere Resp. non potest.

§. 116.

Sed putarem has conclusiones magis perspicuè deduci ex regula de *materia substrata*. Sane ipse Grotius earum rationem in eo quærit, quod actuum beneficorum ea sit natura, ut non credendus sit quisquam ad magnum suum incommodum se voluisse obligare.

§. 117.

Commodius forte ad præsens punctum referri posset, si *verba alio loco posita* cum præsentis lege aut pacto, non quidem directè pugnant, sed propter certam temporis circumstantiam hîc & nunc simul observari nequeunt, tunc enim necesse erit, ut una in favorem alterius restringatur, ne aliàs neutra habeat effectum, quod *absurdum* foret.

§. 118.

Sed quænam ex istis duabus tunc cedere debeat alteri, quæstio est. In genere videtur ea norma observanda, quoniam leges libertatem humanam restringunt, & una tamen magis alterâ *ut ista lex quæ arctius ligat voluntatem hominis,*  
*pra-*

*preferatur isti quæ vinculum laxius imponit.*

## §. 119.

Referrî possunt eò regulæ speciales hâc parte à Dd. traditæ. 1. *Permissio cedit ei quod jubetur & vetatur.* Ratio est evidens, quia quod præmittitur planè non vincit libertatem, adeoque, ut jam ab initio notavimus, permissio propriè non est effectus legis.

## §. 120.

Ita si lege dispositum sit: *Concubinam habere cuius civi Romano liberum esto, & aliâ lege ita sit constitutum: Mulierem in castris miles non habeto,* apparet ad militem non pertinere licentiam legis prioris.

## §. 121.

2. *Quod jubetur cedit ei quod vetatur.* Nam arctius limitatur libertas hominis per negativa præcepta, quàm per affirmativa, ut supra jam demonstravimus, quoniam videlicet negativa semper omitti possunt, at affirmativa certis temporibus in actum quæunt deduci.

## §. 122.

Ita præposterum genus pietatis *corinthis furari, & calceos pauperibus elemosina*

X X

na



ne loco dare; quanquam hoc exemplum magis pertinet ad regulam sequentem quartam. Magis accommodum erit exemplum, si paululum immutes: Non licet furari, ut creditori tuo solvas.

## §. 123.

Quod loco rationis in præcedenti regulâ attulimus, etiam alibi quam in concursu negativi præcepti cum affirmativo potest usum habere. Unde 3. *quod faciendum est certo tempore præfertur ei quod quovis tempore fieri potest.*

## §. 124.

Ita *sanctificatio Sabbati* præferenda officiis quotidianis. Ratio est iterum ea, quòd præceptum ad certum tempus respiciens illo tempore magis stringat libertatem quam alterum.

## §. 125.

Quod si verò duæ præstationes certo temporis articulo collidantur, ut vel utraque in isto tempore sit obeunda, vel neutra commodè differri possit, tum 4. *Obligatio imperfecta cedit obligationi perfectæ.* Cum enim in perfectâ sit maior obligationis gradus, magis quoque eadem libertatem nostram vincere censetur.

126. Ita

§. 126.

*Ita solutio debitorum præferenda dationi elemosynarum.*

§. 127.

Quodsi utraqve obligatio sit perfecta:  
 5. *Obligatio antiquior præferenda noviori*  
 Cum per antiquiorem libertas mea jam fuerit restricta tempore novæ obligationis. Ita debitum antiquius prius erit solvendum.

§. 128.

Nisi forte uni obligationi perfectæ ad hæreat obligatio alia ex alio capite imperfecta, etiam intuitu ejus cui sum obligatus, nam tunc. 6. *Obligatio duplex vincit simplicem, etiam antiquiorem*, propter regulam quæ est in ore omnium, quod duplex vinculum fortius liget.

§. 129.

*Ita debitum novius prius solvendum homini egeno, quam aliud etiam antiquius diviti.*

§. 130.

Quodsi vero utraqve obligatio sit imperfecta, tùm 7. *Lex beneficentiæ cedit legi gratitudinis*, quoniam ut supra diximus, ad gratitudinem quis præter legem

Xx 2

com-

communem humanitatis exhibendæ etiam ex accepto beneficio tenetur, adeoque iterum hic est duplex vinculum.

## §. 131.

Ita si concurrat Patronus egenus cum paupere etiam cognato, hic Patrono erit postponendus.

## §. 132.

Modo tamen uterque egenus sit. Nam si dives Patronus à me donum, pauper alius eleemosynam desiderat, pauper Patrono erit præferendus, quia quò major est indigentia in eo, qui officia humanitatis à me postulat, eò magis quoque, ut superius diximus, obligatio mea accedit ad perfectam; igitur tum recurrendum erit ad regulam quartam.

## §. 133.

Unde facile constat, quid in concursu patris & filii, quorum uterque alimenta à me postulat, dicendum sit. Ita enim arbitror: Quamdiu filius nondum est educatus, præferendus erit patri, quia ipsi perfecte obligor, patri imperfecte. Sin jam ex potestate dimissus, patri erit postponendus, quia pater gratitudinem postulat, &c.

Si

## §. 134.

Si autem plures qui me beneficio non affecerunt à me beneficiū desiderent. tum  
8. *Quò arctiori vinculo aliqua persona nobis conjungitur, eò præstationes, quæ ipsi debentur, aliis præponderant.* Ratio jam iterum latet in thesi. Ita uxor præferenda fratri, frater patruo, &c.

## §. 135.

In univèrsum tamen, quæ hæctenus traditæ sunt regulæ, videntur limitationem accipere à sequentibus: 9. *Inter leges quæ à potestatibus subordinatis proficiuntur lex inferioris potestatis cedit legi superioris. Ubi utriusque simul satisfieri nequit.* Inde Deo oportet magis obedire quam hominibus. Et jussa regum jussis patrum familias præponderant.

## §. 136.

10. *Inter conventionas legesque ceteræ æquales peculiaris præfertur generaliiori & quæ propius ad rem accedit.* Nam generalia per specialia ad certi quid determinantur.

## §. 137.

11. *Prout cujusque legis materia aliam nobilitate, utilitate aut necessitate superat, ita regulariter una alteri præponderat.* Nam

Xx 3

in-

inferiori obligationi velut hæc exceptio intelligitur addita, ut præstetur, si per majoris momenti obligationem fieri queat.

## §. 138.

Ita si lex una sit, ne quis die feriato cum armis in publico versetur, altera; ne quis signo audito tumultus in dice domi se contineat, sed cum armis magistratus in foro præsto sit, & tumultus die feriato oriatur, dicendum erit, posteriorem legem habere se instar exceptionis in ordine ad priorem, hoc modo: ne quis die feriato cum armis in publico versetur, nisi tumultus causâ à magistratu evocetur.

## §. 139.

Plura ejusmodi axiomata suppeditantur à Grotio, non ita apertè tamen, sed de quibus dubitare non sine ratione liceat. Tale est illud: *Ut in prohibitionibus, illa quæ pœnam adjunctam habet, ei, quæ pœnâ vacat, & quæ majorem pœnam minatur, ei, quæ minorem præferatur.*

## §. 140.

Quemadmodum enim prohibitio sine ullâ pœnâ nullus videtur momenti, ita regula, quòd ex duobus malis minus sit eli-

eligendum in malis moralibus non proficit.

## §. 141.

Ita quòd addit Grotius : *Juratum patrum si concurrat cum alio, cui abest jurisjurandi religio, huic preferendum esse, fluit ex istâ hypothefi, quòd Grotius arbitrat, jusjurandum novam obligationem promiffo superaddere, cujus contrarium jam fuprà demonftravimus.*

vid. c. 8.  
§. 17.

## §. 142.

Denique dum concludit : *Id quòd pofremo dictum eft, debere vincere, non tam ad interpretationem reſtrictivam pertinet, & calum, ubi duæ leges apparenter colliduntur, fed ubi omnis interpretatio ceſſat, & vera ſubefit antinomia.*

## §. 143.

Sufficiant hæc ad oftendendum uſum regulæ de vitandâ abſurditate ac iniquitate in reſtrictivâ interpretatione; Ill. denique *natio legis* maximopere ad reſtringenda verba legis generalia momentum affert. Unde axioma vulgatum : *Ceſſante ratione, ceſſat ipſa legis diſpoſitio.*

## §. 144.

Uti verò fuprà quoad interpretationem

X 4

nem

nem extensivam fecimus, ita & hic quoque distinguendum verit, utrum unica fuerit ratio legis vel pacti, an plures: *Si unica*, tum si ea cesset, restringendam etiam esse legem, nulla restat dubitatio.

## §. 145.

Verum ubi legis *plures* fuerint rationes, non statim unâ earum cessante reliquæ expirant aut minus validæ sunt ad sustinendam legis efficaciam: interdum tamen *unicâ* saltèr deficiente ratione restrictio procedit.

## §. 146.

Nimirum si lex aut pactum plures habeat rationes *æquè principales*, sufficiet ad restrictionem, si vel una earum deficiat.

## §. 147.

Unde facilius possunt emergere casus, in quibus recta ratio svadeat interpretationem coarctari, quàm extendi. Scilicet ut in omnibus rebus ut effectus non sequatur satis est unam causam deficere; sed ut nascatur, omnes convenire oportet, ita in actibus obligationem producentibus ut interpretatio restringatur, satis est, unam causam deficere, sed ut extendatur, omnes congruere necesse est. Sed

## §. 148.

Sed si ex pluribus rationibus una sit *principalis*, reliquæ *secundaria*, illâ modo cessante non abstinebit à coarctatione interpretis, etiamsi ex his aliquæ ad casum obvientem queant applicari.

## §. 149.

Exemplum interpretationis restrictivæ obrationem deficientem dabit species ista. *Lex est; qui propter tempestatem navim reliquerunt, omnia perdant; eorum navis ceteraque sint, qui in navi remanserint.* Magnitudine tempestatis omnes perterriti navem reliquerunt & in scapham conscenderunt præter unum ægrotum, qui propter morbum exire & fugere non potuit. Casu navis in portum incolumis delata est. Illam ægrotus possidet. Navim petit, cujus fuerat.

## §. 150.

Hic sane *ratio legis* fuit, ut qui ob navim servandam vitam suam periculo exposuit, aliquo præmio gaudeat. Quod ægrotus hic prætereundum non potest, qui neque eo fine in navi remansit, neque ad eam servandam quicquam contulit.

No-



§. 151.

Notandæ tamen sunt limitationes quædam regulæ nostræ. 1. Accidere sæpius, ut legis alicujus ratio sit non solum *ignota*, sed & talis, ut generalis aliqua æquvitas regula *aliud svadere* videatur. Si tamen voluntas superioris hâc parte se perspicuè determinaverit, subjectis merito pro ratione esse jubetur, & ad producendam obligationem sufficiet, donec ipse Princeps, cui hoc soli relinqvendum est, ex æquitate legem correxerit.

§. 152.

2. Valebit regula nostra tum demum, si ratio ejus cesset *in universonum*, hoc est in aliis casibus similibus sæpius evenientibus, non si in casibus certis rarissime contingentibus.

§. 153.

E. g. Lex est: *Impubes ne faciat testamentum*; Ratio, quia nullum est ejus animi judicium. Datur impubes, cui est prudentia ante pilos: Quæritur, an possit testari? non potest.

§. 154.

Aliud: lex est; *ne bona minorum alie-*

mentur absque necessitate, idque commo-  
do illorum constitutum est, ne rebus  
suis temere spolientur. Datur casus,  
quo fit utile minori rem alienare citra  
necessitatem: quæritur, an id liceat iu-  
dici? Non licet. *l. 5. §. 14 ff. de rob. eor. q. sub. int.*

## §. 155.

Magnam affinitatem cum præcedente  
observatione habet. 3. Quod non suffi-  
ciat si ratio legis quoad actum cessave-  
rit, sed satis sit ad interpretationem re-  
strictivam impediendam, si non deficiat  
quoad potentiam.

## §. 156.

Sensus est: Lex vel conventio in qua  
legislator vel paciscentes respexerunt  
rationem aliquam, puta ut periculum aut  
incommodum evitarent, non solum in  
iis casibus valet, quando istud revera est  
fecuturum; sed in illis quoque, ex qui-  
bus probabiliter aut saltem non adeo  
difficiliter existere posse creditur.

## §. 157.

Ita si lex sit; ne quis noctu cum facibus  
per plateas ambulet, non excusatur quis,  
si dicat, se ita circumspicere iis uti, ut ne-  
mini damnum inde proveniat.

## §. 158. Ita

## §. 158.

Ita si inter duos populos foedere cautum sit, ne exercitus aut classis intra certum locum deducatur, licet ratio conventionis fuerit, ut ne inde damnum actu alicui inferretur, haud quicquam tamen licebit exercitum aut classem eò deducere, utut animus nocendi abfuerit. Nam sufficit, quòd alteri facile noxa queat inferri ab eo, qui intra illum locum versatur.

## §. 159.

Penè obliiti fuissetus regulæ, quæ & usitatissima est, & communiter ambitu suo amplissima esse creditur, ut in omni interpretationis specie sibi locum vindicet, quæ nimirum in divisione materiæ prout hæc vel favorabilis est, vel odiosa, nititur.

## §. 160.

Quippe quòd interpretationem *declarativam* concernit, nihil notius est, quàm quòd dici soleat: *Favorabilia esse latius, odiosa strictius interpretanda.*

## §. 161.

A quo alterum parum differt: *Favorabilia esse extendenda, odiosa restringenda;*  
nisi

nisi quòd hoc magis ad interpretationem  
*extensivam & restrictivam* respiciat.

## §. 162.

Sed nescio, an hujus axiomatis sit usus  
qui communiter creditur, & non potius  
rectius sit, si in datis regulis maneamus,  
& scientia præter necessitatem non multi-  
plicemus.

## §. 163.

Nam si initio *fundamentum* ejus respici-  
as, nititur id divisione materiæ de qua  
sermo est; adeoque nihil obstat, quo mi-  
nus hoc intuitu id referre possis ad regu-  
lam de materiâ: quod verba secundum  
materiam substratam sint intelligenda.

## §. 164.

Deinde si disquiras, quid sit *favorabile*,  
quid *odiosum*, deprehendes nimium.  
Quantum variare Dd. Grotius tres  
species dicit eorum quæ *promittuntur*,  
alia *favorabilia*, alia *odiosa*, alia *mixta* sive  
media.

## §. 165.

*Favorabilia* vocat quæ æqualitatem in  
se habent, & quæ communem spectant  
utilitatem, quæ quò major sit atque la-  
tius pateat, eò majorem ait esse promissi  
favo-

favorem. Ergo eorum quæ ad pacem faciunt majorem esse, quam eorum quæ ad bellum; belli item ob tuitionem suscipi majorem, quam alius de causis.

§. 166. *Odiosa* autem esse statuit, quæ partem alteram tantum, aut plus alteram onerant, quæ poenam in se continent, & quæ actus faciunt irritos, & quæ de prioribus aliquid immutant.

§. 167. Quod si *mixtam* sit aliquid, ut mutans quidem priora, sed pacis causâ, id pro magnitudine boni & mutationis modo favorabili, modo odiosum censeri, ita tamen, ut cæteris paribus favor censeatur potior.

§. 168. Hic igitur si primo spectes, quod Grotius divisionem hanc in *promissis* adhibeat, dubium oriri possit, an eandem etiam in legum interpretatione habeat locum? Sanè quæ Grotius de æqualitate & in æqualitate affert, ad leges quæ semper in æqualibus feruntur accommodari nequeunt. Et tamen nihil frequentius est, quam quòd Jcti. eandem regulam ad leges exten-

tendant, dum v. g. asserunt: *Beneficentia Principis esse extendenda; Leges pœnales restringendas, item: statuta & omnem legem derogantem admittere saltem interpretari non restrictivam.*

§. 169.

*Secundo* cum negotiis humanis sic est comparatum, ut nullum reperire queas, quod ex omni parte favorabile aut odiosum appellare possis, cum hi termini non rei ipsius essentiam, sed relationem ad utilitatem aut damnum, quod homines inde sentiunt, exprimant, et verò ubique quod uni damnosum est, alteri utilitatem afferat, Aut si vel maxime hoc contingere possit, unam eandemque rem pluribus utilitatem afferre, inter hos certe nulla desuper erit contradictio, ut interpretatione pacti aut legis ad eam tollendam sit opus.

§. 170.

*Tertio.* Et si verò Grotius in eo occupatus sit, ut *regulas* certas de discernendis favorabilibus ab odiosis tradat, vereor tamen an eæ magnum momentum afferant, si à regulis, quas supra dedimus, abstrahas. Ita quod *favorabilia* concernit: quid

quid si in fœdere pacis conventum sit *captivos utrinque restitui*? Et una pars quæ longè plures captivos detinebat, pro singulis singulos velit reddere, altera vero omnes pro omnibus; ex Grotii notis hæc posterior pro se afferet, *favorabilis* esse negotium, cum *ad pacem incundam* sit directum, adeoque extendendam esse locutionem; prior verò urgebit *odiosum* ita pactum esse, quæ partem alteram *plus alterâ oneret*, atque adeo in se non habeat utilitatem.

## §. 171.

Ita si fingamus legem esse, quæ *frumentæ exportationem prohibeat*, *pœnâ gravi in exportantem statutâ*, & quis *farinam exportaverit*, si regulam de favorabilibus & odiosis quis hîc applicare velit, facile videri potest, exportantem non esse puniendum, quia lex ista ad *odiosas* ex dictis Grotii referenda esset, non solum quia de priori licentia aliquid immutat, sed & quia *pœnam* in se continet; cum tamen certum sit, legem illam ad præsentem casum, ob rationis identitatem, pertinere.

## §. 172.

Non equidem ignotum est, in legibus Ro-

Romanis sæpſus ex favore rei decifionem peti in ambiguis, ut in caufis *libertatis, dotis &c.* Sed tum vel in applicatione ſimul ad uſam regularum præcedentium ræſpicitur, vel, quod ita decidendum fit, juri civili debetur, determinanti quid pro favorabili habendum fit, citra quam determinationem ſi fuiſſet, negotium non potuiſſet expediri. At jam quærimus de regulis interpretationis ex dictamine rectæ rationis ſolum hauriendis:

§. 173.

*Quarto:* Quod regulas concernit, quas Grotius de *uſu favorabilium &c.* in doctrinâ interpretationis format, (& in ſummam contractæ id volunt. 1. In *non odioſis*, h. e. ut intelligo, in *mixtis*, ſumen-  
da verba in uſu populari & latiffimo. 2. In *favorabilibus*, ſi artifex ſit qui loquatur, verba etiam in ſenſu artificibus peculiari, non tamen planè improprio, niſi ad evitandam abſurditatem vel iniquitatem, accipi poterunt. 3. In *odioſis* ſermo figuratus aliquantulum admittitur, ut onus vitetur) ad illas cum uno ſaltem vel duobus exemplis univerſalitem haud

Y y

qua-



quæquam inferentibus illustret, multæ instantiæ dari poterunt, in quibus si solæ regulas istas applicare velis, dubium & obscurum sermonem tollere non poteris, aut si applicatio cum dictamine rectæ rationis non pugnet, etiam citra istas ex superioribus regulis de materiâ substratâ, effectu, ratione &c. isti dubio satisfieri possit.

## §. 174.

Ita dum jus Romanum pollicetur adi-  
onem, si quis de possessione rei suæ de-  
ctus e- rectè Grotius notat id etiam ex-  
tendendum esse ad eum, qui vi vitus  
est ad suum accedere; sed non tam ex ra-  
tione regulæ primæ, de non odiosis, quam  
ex ratione legis, quia jus Romanum omnẽ  
violentiam privatam voluit hoc modo  
coercere.

## §. 175.

Ita dum Caligula eorum, qui pro se &  
posteris civitatis jus impetraverant, nepo-  
tibus jus civitatis negabat, quasi non in-  
telligi deberent posteri ultra primum  
gradum; non opus est ad convincendum  
iniquitatis Caligulam ad primam Grotii  
regulam refugere, sed sufficit quòd in  
post-

*Posterorum* voce nulla fit obscuritas, ipse vero Caligula omni ratione, quæ restrictivam interpretationem svadeat, destituatur.

§. 176.

Ita ex regulâ ultimâ de *odiosis* defendere nollem factum Aureliani, qui eo tempore quo proficiscebatur ad bellum Orientale, *bilibres coronas* populo promisit, si victor rediret, post reditum vero suum *coronas de panibus siligineis* singulis donavit. Erat enim hoc evidens verborum cavillatio, quamvis neq; populus & stultiâ excusari poterit, quod speraverit aureas.

§. 177.

Quæ hactenus dicta sunt procedunt in *obscuritate*, quæ sic comparata est, ut adhibitâ arte rectæ interpretationis legitimo aliquo modo superari exponique possit, nam in cæteris quæ adeo obscura sunt, ut humano intellectui *nullam* discernendi facultatem relinqvant, frustra suam curam operamque interpres consumpserit.

§. 178.

Putat v. g. si quis loquatur planè *sine ul-*

*la vocis significatione, si id quod scriptum est prorsus legibile non sit, neque oculis possit perspicere, neque intelligi quid significet,*

§. 179.

*Si deficiat item omnis conjectura voluntatis. Ut si testator Titium liberos suis tutorem dederit, sintque Titius pater & filius, nec appareat quem dederit, neuter Tutor erit. Aut si dixerit: Si Stichus heres non erit, liber & heres esto, non valebit substitutio.*

§. 180.

*Aut si voluntas loquentis nullum exitum invenire possit, ut in verè perplexis, quorsum etiam referre possis exemplum modò memoratum de Stichò sibi metipsum substituto.*

§. 181.

*Ita Julianus illam institutionem: Si Titius heres erit, Sejus heres esto; si Sejus heres erit, Titius heres esto, ut perplexam scribit esse inutilem, cum conditio existere non possit.*

§. 182.

*Mihi verò, quod pace Juliani dixerim, videtur Testator non id voluisse, ut neuter ante alterum heres sit, quomodo Julianus*

anus

anus eum intullexit, sed ut neuter sine altero heres esset, ac si dixisset: *Titius & Sejus heredes sunt; si unus eorum heres non erit, nec alter heres est.*

Nam cum verba institutionis, & hanc interpretationem admittant, putamus eam expositioni Juliani esse præterendam, quoniam magis convenit cum regulâ, quam supra ex loco de effectu inculcavimus.

## S. 184.

Magis ad hunc locum videtur spectare illustre exemplum conventionis inter *Parisem & Menelaum*. Conventum fuerat ut *victori* cederet *Helena*; In repetitione ejusdem ante pugnam dictum erat Ut ei cederet *Helena* qui alterum *interfecisset*, *Paris* succumbens fugâ sibi confulebat. Petebat *Menelaus* sibi *Helenam* adjudicari ut *victori*, contradicebat *Paris* quod ipse adhuc *viveret*. Quæstio erat, an posterior repetitio conventionem priorem ambiguum explicuisset, utrum in posteriore mentio *interfectionis* saltem exempli loco facta fuisset? Pro utraqve sunt conjecturæ non contemnendæ, ac, ut nobis videtur,

decisionē ejusdem in æquilibrio suspendentes.

§. 185.

Similiter si manifestè sunt pugnantia in sermone aliquo, cessat interpretatio, quia nemo eodem tempore contraria potuit voluisse. Hinc Leges Romanæ inculcant: *Ubi pugnantia inter se in testamentis juberentur, neutrum ratum esse. Scripturas etiam diversas fidem invicem sibi derogantes ab unâ eademque parte prolatas nihil firmitatis habere.*

§. 186.

Nisi forte unus sermo sit alteri posterior. Nam quod posterius inter contrabentes placuit, derogabit prioribus. Et ubi duæ contraria leges sunt, semper antiqua abrogat nova.

§. 187.

Peccatur verò contra hanc ultimam observationem de pugnantibus, etsi graviter, communiter tamen ab interpretibus juris Romani, qui nullas *antinomias* in legibus Justiniani deprehendi asserunt.

§. 188.

De iis loquor, qui vel legem in aliâ parte corporis Justinianeæ apertè abrogatam  
cum

§. 149

## VOLUN. DIVIN. ET HUMAN. 349

cum abrogante, velleges in unâ eademque parte sibi invicem aperte contradicentes mediis quibuscunque conciliare allaborant.

§. 189.

Nollem adeò Icto alias magni nominis dum contra Wissenbachium disputat, sæpius excidisse has voces. Ad evitandas antinomias potius quibuscunque distinctionibus pugnam esse dirimendam.

§. 190.

Scilicet hæc est *idia ἐπίλυσις*, quam alii rectè contrariis bonæ disputationis accensent, quâ quis ad ejus voluntatem quam suscepit interpretandam, suum intellectum non accommodat, sed ad suam voluntatem alterius intellectum detorquet.

§. 191.

Sed de eo alibi fusius. Tu modò discce, hæc viâ impossibile esse, ut quis evadat Ictus, cum ea à tramite interpretationis justè deflectat, sed fieri aliquem Sophistam, & verborum cavillatorem.

§. 192.

Antequam huc abeamus, monendum, ne quis ea quæ hætenus tradidimus indistinctè arbitretur, ad *voluntatem divinam* esse applicanda. §. 3. Eth enim supra assertum fuerit, legibus divinis exponendis easdem inservire interpretationis regulas, quibus utimur in expositione sermonis humani; non tamen putandum est, acsi quodque omnia quæ de obscuritate verborum, ejusque divisione fusius disseruimus, ad voluntatem divinam pertineant.

§. 193.

Manet enim *scriptura perspicuitas* illæsa, etsi unus alterve ejusdem locus sit explicatu difficilior, in quibus regulæ bonæ interpretationis vel ideò adhibendæ erunt, tum ut ignorantia tollatur nostra, tum ut evitemus verborum Scripturæ cavillationes.

§. 194.

Sunt igitur multæ *differentia* inter obscuritatem voluntatis

*voluntatis divinae & humanae, quarum quasdam saltem breviter studio tangemus.*

§. 195.

I. Obscuritas voluntatis divinae magis est in intellectu humano quam in sermone divino: At in voluntatis humanae declaratione saepius vitium haeret in scripto & verbis, non in interprete.

§. 196.

Unde II. Scripturae difficultas confundit aliquando etiam indoctos & Sophistas; obscuritas vero voluntatis humanae doctissimos & sapientissimos plus unâ vice in angustias redigit.

§. 197.

Itaque III. Si adhibeas regulas interpretationis, & maxime ex loco de conjunctis origine petas subsidium, difficultatem istam in præceptis divinis facile superare poteris. At obscuritas voluntatis humanae saepius est inexplicabilis.


§. 198.

Neque enim IV. perplexitatem deprehendes in legibus divinis, bene tamen in legibus & pactis hominum.

§. 199.

Neque V. pugnam genuinam in præceptis Dei poteris ostendere, infinita vero ostendi poterunt in legibus humanis; quicquid etiam hic protestetur Tribonianus quispiam &c. Reliqua pete à Theologis.

FINIS LIBRI SECUNDI.



1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100



## §44L. II. C. XI. DE INTERPR. VOL. DIV. & H.

*Voluntatis divinae & humanae*, quarum quasdam saltem brevitate studio tangemus.

### §. 195.

I. Obscuritas voluntatis divinae magis est in intellectu humano quam in sermone divino: At in voluntatis humanae declaratione saepius vitium haeret in scripto & verbis, non in interprete.

### §. 196.

Unde II. Scripturae difficultas confundit aliquando etiam indoctos & Sophistas; obscuritas vero voluntatis humanae doctissimos & sapientissimos plus una vice in angustiis redigit.

### §. 197.

Itaque III. Si adhibeas regulas interpretationis, & maxime ex loco de conjunctis origine petas subsidium, difficultatem istam in praecipis divinis facile superare poteris. At obscuritas voluntatis humanae saepius est inexplicabilis.

### §. 198.

Neque enim IV. perplexitatem deprehendes in legibus divinis, bene tamen in legibus & pactis hominum.

### §. 199.

Neque V. pugnam genuinam in praecipis Dei poteris ostendere, infinita vero ostendi poterunt in legibus humanis; quicquid etiam hic protestetur Tribonianus quispian &c. Reliqua pete à Theologis.

## FINIS LIBRI SECUNDI.

